Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0001-4

Ec. 81a

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0002-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0003-5

# PHASMA:
Hoc eſt;
# COMOEDIA
## POSTHVMA, NOVA ET SACRA: DE VARIIS HAERESIBVS ET HÆRESIARCHIS: QVI CUM LVCE
renaſcentis per DEI gratiam Evangelii hiſce noviſſimis temporibus extiterunt.

AUCTORE

NICODEMO FRISCHLINO, DOCTORE, *Oratore & Philoſopho* (*rumpantur ut ilia Momis*) *clariſſimo, ſacri-Palatij-Comite, nec-non Poëta-Coronato.*

CVR SINT TOT HÆRESES
Epigramma.

*Vna fides: & vera fides eſt una; quid, inquis,*
*Ergo tot Hæreſium ſchiſmata ubiq; vigent?*
*Nempe* VNVS DEVS *eſt verus: ſed plurima contrà*
*Numina: quæ falsò mundus honore colit.*

):(

IMPRESSVM IN IAZYGIBVS-METANASTIS, *Anno* CHRISTI-NATI *1598.*
*Antichriſti verò revelati 81.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0005-6

## INTERLOCVTORES HVIVS DRAMATIS.

PROLOGUS.
Corydon, } *Ruſtici.*
Menalcas, }
Melibœus, *Anabaptiſta Ruſticus.*
Theſtylis, *eius coniux.*
Lutherus.
Brentius.
Zvvinglius.
Carolſtadius.
Schvvencofeldius.
Franciſcus, *Monachus.*
Brigitta, *Monialis.*
Satanas.
Papa Pius IIII.
Campegius, *Cardinalis.*
Hoſius, *Epiſcopus.*
CHRISTUS.
Paulus. } *Apoſtoli.*
Petrus. }
Maria, *Mater Chriſti.*
CHORI IIII. ſpeciales.
EPILOGUS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0006-2

# PROLOGVS.

MENANDER, *antiquus Poëta Comicus,*
*Feciſſe Phaſma legitur, veterem Fabulam:*
*In qua virgo adoleſcenti transfoſſum domus*
*Per parietem apparet, & opera matris ſuæ*
*In eius amorem ſe inſinuat, miris modis.*
NOSTER POETA *novum dat Phaſma Comicum,*
*In quo Diabolus hominibus ſectarijs,*
*Anabaptiſtis, Schvvenckfeldianis, Cinglicis,*
*Carolſtadicis, Calviniſtis, Pontificijs*
*Apparet in ſomnis, & mira ſomnia*
*Immittit, & miris modis fanaticos*
*Homines ludos facit: ut neglecto cœlitum*
*Verbo, & ſcriptis Propheticis, ſua ſomnia*
*Sectentur: ac viſis nocturnis dent fidem.*
*Nam poſtquam lux Evangelij his noviſſimis*
*Temporibus ex denſa emicuit caligine,*
*Et Satanæ fraudes, præſtigiæ, ſtrophæ & doli*
*Voce & calamo Lutheri patuêre omnibus:*
*Ille fremere, indignari, furere, res novas*
*Moliri, turbas dare, ſectas atq; hæreſes*
*Nunc olim damnatas, revocare per ſuos*
*Satellites. Nam ubi videt, ſibi nil, aut parùm*
*Prodeſſe fulmen Pontificis: nullam dare*
*Noxam Evangelio gladios, ignem, carceres:*
*Alia ratione ſtatuit rem tantam aggredi,*
*Vt Evangelij lucem rurſus extingueret:*
*Aut, ſi id non poſſet, ſaltem inviſam redderet.*
*Itaq; Carolſtadium Diabolus excitat,*

*Qui iam olim damnatam Berengarij hæreſin*
*Reſtauret: atq; ore, manu, lingua, literis,*
*Chriſti corpus verum, verumq; ſanguinem*
*A cœna abeſſe: neq; Chriſtum hominem cum* LOGO
*Verè omnipotentem, ubiq; præſentem, omnium*
*Gnarum eſſe diceret: ſed naturas invicem*
*Seiungeret, dilaceraret, divelleret:*
*Qui etiam Neſtorij peſtilens furor fuit.*
*Atq; hunc Carolſtadium ſecuti poſteà*
*Zvvinglius & Oecolampadius Helvetij:*
*Novisq; rebus infidelis Allobrox*
*Calvinus: & Viretus & Beza, illius*
*Diſcipuli: & his conſimiles œſtro perciti,*
*Malè-feriati, à Satana afflati* Logodædali.
*Quorum anteſignanus & coryphæus Zvvinglius*
*Aſſertionis fundamenta erroneæ,*
*Opinione pro ſtabilienda ſua,*
In ſubſid. Eucharistiæ. *Fatetur ipſe, ſe didiciſſe in ſomnio*
*A quopiam viro: de quo pronunciat:*
*Neſcire ſe, num fuerit albus, an niger.*
*Pòſt Anabaptiſtas & Monetarium Erebo*
*Eduxit: qui nocturnis freti ſomnijs*
*Ac ſpectris, Ruſticos ad arma bellica*
*Contra Magiſtratum excitabant improbi.*
*Hinc atrox & funeſtum illud Germaniæ*
*Bellum exarſit, quo penè centum millia*
*Agricolarum miſerè procubuêre in acie.*
*Nam veterum Catharorum, & Novati dogmata*
*Renovabat iſte Monetarius, & perditi*
*Anabaptiſtæ. Mox etiam Servetum extulit:*

# Prologus.

*Qui Spiritui Sancto Deitatem adimeret:*
*Et, ne deeſſet, qui errorem defenderet*
*Execrandi Eutychis, & Chriſtum hominem diceret*
*Deificatum: ac patri Deo per omnia*
*Similem: demum etiam Schvvencofeldium Satan*
*In aciem produxit, ut Evangelio novam*
*Labem, novamq́; maculam ſcelus aſpergeret.*
*Nam quicquid ſomniabat Schvvencofeldius,*
*Id ſacris longè præferebat oraculis:*
*Ita mirificè ſe inſinuavit per phaſmata*
*Et viſa nocturna in animos hominum Satan.*
*Cauſam nominis habetis: & Comœdiæ*
*Summam ipſimet poteſtis conijcere cæterùm:*
*Nunc quid Poëtæ nomine vos omnes velim*
*Oratos maximoperè, quæſo advertite:*
*Primò omnium vult veſtra præiudicia vos*
*Suſpendere, neq; de cauſa non cognita*
*Temerè proferre iudicem ſententiam:*
*Deinde iubet omnes expectare exitum,*
*Nec ante Cataſtrophen forâs procurrere.*
*Si quem audiendi ceperit faſtidium*
*Atq́; ſatietas: eum Poëta habiturus eſt*
*Pro Pontificio, aut Anabaptiſta, aut Cinglij*
*Diſcipulo, aut Bezæ, aut Schvvencofeldij aſſecla:*
*Aut pro alio ſectario, & homine fanatico.*
*Quod reliquum nūc eſt, date nobis ſilentium:*
*Vt, quos ſermones conferant hi Ruſtici,*
*Aut quid ſibi velint, aut quid adferant novi,*
*Poſſitis noſcere, per quietem & ocium.*
*Favete, & animis hîc adeſte propitijs.*

+



# CVIVSLIBET HVIVS COMOEDIAE ACTVS ARGVMENTVM ET SVMMA GERMANIcè propter fœminas, & virgines, ut & alias Latini ſermonis ignaras perſonas ab auctore ipſo compoſita.

## ARGUMENTUM PRIMI ACTUS.

Scenæ I.

ZWeen Bauren kommen hergegangen/
Die jre Red gleich beid anfangen
Von Zwitracht der Religion/
Menalcas gnant/vnd Corydon.
Doch zweiffelt der ein noch in ſeim Glauben
Den andrn wolt er auch gern berauben
Seinr Hoffnung vnd ſeins Glaubens gut/
Der aber bhart bey feſtem muth.

Scenæ II.

BAld kompt ein Bäuwrin hergelauffen/
Der hat der Mann das Har auß g'rauffen/
Weil er ein Widertäuffer iſt/
Melibœus gnant zu diſer friſt.
Die klagt jhren Nachbauren viel
Von jrem Mann in dieſem Spiel/
Wie er verkaufft hab all jhr Gut/
Vnd ſie gebracht in groß Armut/
Vnd zieh davon ins Merren Land/
Verführet durch ſein Menſchen tand/
Nun hört zu/wies der Baur verſtandt.

## ACTVS I SCENA II.

CORYDON, MENALCAS: *Ruſtici.*

HOMINUM *fidem, Menalca! quid narras?* ME. *Ita eſt, ut dixi Corydon:*
*Nam, hodiè quid credam, aut cui credam, planè neſcio.*



COR.

COR. *Quamobrem?* ME. *vah! quid rogas? quot capita, tot ſententiæ.*
COR. *Non intelligo.* ME. *Dicam ergo clariùs?* COR. *Dic, obſecrò,*
ME. *In religionis negotio & doctrina fidei vix reperies*
*Duos Doctores, qui idem per omnia ſentiant:*
*Aut unam eandemq́; ſalutis viam commonſtrent populo.*
*Alius Romani Pontificis auctoritatem ſequitur: alius*
*Lutheranum ſe profitetur: alius Zvvinglianum: non pauci*
*Schvvenckfeldij cuiuſdam amplectuntur dogmata.*
*Eſt qui ſe Flacianum, aut Maioriſtam nominat:* vel, Synergiſtam.
*Multi ſunt Anabaptiſtæ: plures Calviniſtæ: & quis obſecrò,*
*Omnes ſectas, omnes hæreſes verbis poßit perſequi?*
*Hydra Lernéa tot capitum ferax non fuit:*
*Quot hæreſeon, quot ſectarum, quot ſchiſmatum*
*Hæc ætas eſt fertilis: nam vix una reciſa, decem aliæ*
*Repullulaſcunt ſubitò.* COR. *Vera profectò memoras, Menalca.*
ME. *Ah veriora, quàm velim, Corydon: quid enim hodiè incertius eſt,*
*Quàm via ſalutis? tot rixis, tot litibus, quaſi*
*Spinis & ſentibus obſita? aut quaſi ſalebris*
*Intricata? ut, quò me hodiè vertam, planè neſciam,*
*Quippe homo Ruſticus, neq; literas, neque natare doctus.*
COR. *Ita*
*Eſt, per Iovem.* ME. *Equidem & mea mihi curæ eſt ſalus:*
*Et cœlum æquè præparatum eſt ruſtico, ac nobili:*
*Æquè imperito & rudi literarum, ac docto & ſapienti.*
COR. *Videlicet.* ME. *Quorſum igitur opus erat, miſeros agricolas*

*Et imperitam plebem tot rixis in errorem inducere,*
*Et de voluntate Dei certiſsimos reddere nos incertiſsimos?*
CO. *Menalca, qui in religione, ubi litis nō ſunt, lites ſerūt,*
*Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant:*
Philipp. 2. *Pugnatores linguis, captatores auribus, homines loquaculi,*
*Ambitioſi, ſua quærentes, non gloriam Dei:*
*Nam iſthæc, quæ tu commemoras, certamina*
*Ex nulla re alia exiſtunt, quàm honoris & gloriæ*
*Studio. ubi enim alius alio plus ſapere vult, ibi*
*Oriuntur rixæ, & lites, turbatur Reſpublica,*
*Amittitur pax & tranquillitas Eccleſiæ.*
ME. *Pol, haud falſa memoras: & mihi tecum ſententia eſt eadem.*

---

## ACTVS I. SCENA II.

### THESTYLIS: MENALCAS: CORYDON.

ME *miſeram! cui tanta mala tam ſubitò ingruunt:*
*Quæ neq;, uti devitem, ſcio, neque quomodo ex illis me extricem, modum*
*Vllum invenio. Nam quæ hæc, malum, calamitas?*
*Quæ miſeria? quòd domi vendita mihi omnia:*
*Veſtis, ſupellex, agri, prata, domus, vineæ:*
*Neq; obolus mihi supereſt miſeræ, unde veſtem emam,*
*Tum, quod unicum mihi reliquum erat vitæ ſolatium,*
*Maritus: in quo omnis ſpes mea, omnesq; opes*
*Sitæ erant: à novis Carolſtadij ſectarijs*
*Seductus, alieno à me eſt animo: parat*
*Seceſsionem facere, & inſolens divortium.*
*O tempora! ô mores! ubinam eſt fides? ubi pietas?*

*Vbi religio? húccine rerum miſerè pervenimus,*
*Vt propter religionem diſsipentur etiam matrimonia?*
*Violentur omnia iura? omnia rumpantur fœdera?*
*Quid agam? quò me vertam? quem ſequar?*
*Nam niſi mihi inopinatum auxilium quaſi è machina*
*Appareat, periJ miſera, occidi, interiJ. Deum*
*Quæſo, ne is ſua ope mihi deſit inopi.*
ME. *Eſt ne hæc Melibœi contribulis noſtri uxor, Theſtilis?*
COR. *Ipſa eſt.* THE. *Sed videóne ego Menalcam & Corydonem,*
*Vicinos meos?* CO. *Vnde hæc advenit? ſalve Theſtyli.*
TH. *Salve, mi Corydon.* ME. *Salve mea tu Theſtyli.*
TH. *Salve & tu Menalca.* ME. *Habeo, pol, gratiam tibi.*
*Sed unde tu tam triſtis?* TH. *Ah! mi Menalca, magna me*
*Ærumna excruciat.* MEN. *Quænam? cedo mihi.* TH. *Eheu, eheu!*
ME. *Ne lacruma, atq; iſthuc, quicquid eſt, fac me ut ſciã:*
*Ne retice, ne verére: crede, inquam, mihi.*
CO. *Loquere audacter.* TH. *Virum habeo: ah! quid dico, habere me?*
*Imò habui, mi Corydon: nunc habeam, nec ne, & an etiam*
*Habere pòſt unquam poſsim, incertum eſt.* CO. *Quid ita? utrúmne*
*Ille eſt mortuus?* TH. *Imò vivit.* CO. *AbiJt ne quópiam*
*Militatum?* TH. *Haudquaquam.* CO. *Sed peregrè profectus eſt?*
TH. *Non ſanè* CO. *Quid igitur?* TH. *Auſculta, ſcies.*
*Eſt hîc quidam ſocius Carolſtadij, homo perditus,*
*Qui nuper Orlamundo in hanc migravit viciniam:*
*Is aliquot in hoc pago domus perreptitans,*

*Hominibus perſuadere cœpit conſuto dolo,*
*Eos non rectè eſſe baptizatos à ſacrificulis:*
Doctrina Carolſtadii, & Anabaptiſtarũ. *Templa iſta ſaxea non eſſe adeunda, quum ſient*
*Exſtructa & dedicata ſimulacris, ritu Ethnico:*
*Neq; conciones ibi audiendas: Sed domi*
*Reſidendum, & afflatum Spiritus ſacri*
*Cœlitus expectandum: dies feſtos, ait,*
*Inventum eſſe Ethnicum: Sanctorum imagines*
*Funditus evertendas: Sacramentum corporis*
*Et ſanguinis Chriſti, figuram & typum*
*Eſſe rerum abſentium: non iurandum penitùs,*
*Ac ne in foro quidem: Magiſtratui*
*Prorſus non obediendum, ſed legibus*
*Excußis, arma ſumenda adverſus principes.*
ME. *Nimirum hi ſunt fructus Carolſtadij,*
Fructus huius dogmatis. *Et commilitonum eius dogmatis, ut omnia*
*Iura, omnes leges evertant, omnem ordinem divinitus*
*Inſtitutum violent, proculcent, frangant, dißipent.*
TH. *Addebat etiam, nihil cuiquam debere eſſe proprium:*
*Sed omnia omnibus communia,* CO. *Intelligo.*
ME. *At te, Carolſtadi, cum relligione hac tua,*
*Maximus exemplis peßimis perdat Deus!*
TH. *Hæc ubi vir meus percepit, ſtatim omnia,*
*Quæ poſſedit, vendidit; omnes veſtes, vaſa omnia,*
*Omnem ſupellectilem, domum, agros, vineas,*
*Prata, & quicquid dotis ac patrimonij à ſuis*
*Accepit.* CO. *Quid ais?* TH. *Sæpè illum admonebam:*
*Hem, Melibœe! quid*
*Agis? cur te is perditum? cur uni homini fanatico*
*Plus credis, quàm toti Chriſtianæ Eccleſiæ?*

CO. Rectè. Th. Non hæc Spiritus ſancti oracula,
Sed ſomnia & incitamenta ſunt Satanæ. CO. Benè.
Th. Ego aliud è verbo Dei edocta ſum. CO. Quid tum ille
ad hæc?
Th. Ah! mea tu Theſtyli, inquit, neſcis tu, ait,
Quantum interſit inter revelationes ſacras
Et myſtica Spiritus oracula, atq; inter hominum
Voces: Egomet ſatis mihi ſapio: tua
Monitione nihil egeo. CO. utinam nihil egeat!
Th. Quid verbi opus eſt? me quoq;, ut ſecum idem ſentiam,
Vi compellit: nolentem verbis increpat:
Et hodiè demum repudium mihi improbus
Remiſit. CO. Proh Deũ! Th. Nũc intus ſeſe ad iter parat.
Me. Quónam iturus eſt? Th. In Moraviam. Me. In
Moraviam? Th. Ita
Dico tibi: nam illic ſuæ farinæ homines inveniet plurimos:
Vbi pro ſuo licebit ei vivere arbitrio:
Et animum implere pro lubitu ſuo. Me. ô Theſtyli!
Quid narras? Th. Hoc quod audis. Me. Sed quid de te
futurum eſt? (animo feram.
Th. Hoc neſcio: unum hoc ſcio, quod Deus feret, æquo
CO. Placet: Hem! iſtuc laudatæ fœminæ officium eſt.
Th. In ſolo & unico Deo ſpes omnis repoſita eſt mihi.
CO. Laudo. Th. Nunc interviſam domi, utrum abierit,
An nondum etiam. CO. Deus benè vertat, quod ages.
Lacrumas penè excuſſit mihi, miſeretq; me illius.
Me. Hoc eſt, quod initiò queſtus ſum de hoc ſeculo
Miſero & exulcerato: quando tot hæreſes, tot ſchiſmata
Eccleſiam Dei diſſipant, ut, quid credas, neſcias.
CO. Ita eſt: nunc hoc tibi perſuadeas velim,

Fruſtra hominem accuſare hæreſis, niſi ſibimet
Conſilium capiat, & Deum ſummis precibus invocet.
Sed ut diei tempus eſt, monere oportet hunc
Vicinum Amyntam, ad cœnam ut veniat. ME. Ego abeo.
CO. Dionyſia hîc ſunt, hodiè apud me ſis volo.
ME. Quando ita lubet, ibo tecum. CO. Lubet equidem.

## CHORVS I.

### CONTRA HAERESES.

DEus Deorum maxime
Lux veritatis unica,
Qui neminem ſcis fallere,
Expers doloſi pectoris,
AEvo vides hoc ultimo
Quot hæreſes, quot ſchiſmata
Nunc ingruant, Zizania
Quot inſerantur tritico.
Vides novis Eccleſiam
Sectis gravari plurimis,
Et à lupis rapacibus
Premi pias oviculas.
Opinionum turbidus
Et factionum nimbus eſt
Ortus repentè, peſſimo
A Spiritu vertiginis.
Da quæſumus, mitiſſime
Pater, Deus ter-maxime,
Vt veritatis ſemitam
Perambulemus firmiter.

*Falſos prophetas amove,*
*Ne nos in errorem malis*
*Technis agamur, devij*
*A veritatis tramite.*
*Defende nos ab omnibus*
*Sectarijs fanaticis,*
*Qui viſiones impias*
*Sui loquuntur pectoris.*
*Tuere nos à furibus*
*Verbiq́ prædatoribus,*
*Et mentium latronibus,*
*Ne corda noſtra ſaucient.*

## ATVS I. SENA I.

ARGUMENTUM.

MArtinus Luther wird jetzt kommen/
Weil er von Carolſtad vernommen/ Scenæ I.
Daß er ein newen Zanck heb an/
Bring alte Ketzerey auff d Bahn/
Ein Schwärmer vnd Rottengeyſter/
Der Sacramenten Chriſti Meiſter.
BAld kompt der Widertäuffer her/
Mit groß vngeſtümm wie ein Beer/ Scenæ II.
Sein Eheweib ſchlegt zum Hauß hinauß/
Erhebt ſich da ein wilder ſtrauß.
LVtherus kompt zu letſt herzu/ Scenæ III.
Der ſach begert zuſchaffen Rhu/
Den Widertäuffer auß der Schrifft
Er vberweiſt/daß er da ſtifft
Nichts gutes/auch wie das ſein Glaub
Sey wider Gott/vnd durchauß taub/
Vnd Schelmenwerck/doch mit vrlaub.

LVTHE-

LUTHERUS.

PRofectò quantò magis magisq́ cogito,
Nimirùm dabit hic Carolſtadius magnum malum:
Ita me video ab eo aſtutè labefactarier.
Iam tùm, cùm primùm cœpi adverſus pontificem
Scribere, ſocium & amicum ſe faciebat operis,
Et unà ſcriptitabat aßiduè, & rem ſeriam
Velle mecum agere, aiebat. Sed iam tum erat ſuſpicio,
Dolo malo hæc fieri omnia: ipſe accedere
Quotidiè: mihi ſeſe dare, ſermones conferre:
Vbi friget, huc evaſit: Quænam ſententia
Sit verborum Chriſti, in Cœna illa ultima
Dictis: Hoc eſt corpus meũ: Hic eſt ſanguis meus?
Dico, illa verba ſimpliciter accipienda, ut ſonant,
Neq; quærendam eſſe in Teſtamento gloſſariam
Interpretationem. Ille abſurdum rationi eſſe ait:
Tropum & figuram adhibendam. Credo, ei
Placere iam olim damnatam Berengariam hæreſin:
Sperat ſe hoc pacto à me rurſum ſeiungere.
Nunc Orlamundum clàm profugit, ubi novas
Dat turbas in ea Eccleſia, quò à nemine
Vocatus eſt, ut mos illorum hominum eſt maximè.
Sed quinam oritur tumultus in huius vicini ædibus?

## ACTVS II SCENA II.

MELIBOEUS, *Anabaptiſta Ruſticus*: THESTYLIS *coniux*: LUTHERUS.

EXi, inquam, agè exi: exeundum tibi certè hinc eſt forás,
Obmurmuratrix, cum lingua bifida, biſulca & duplici.

TH. Ah.

Th. *Ah, cur me miſeram domo eijcis?* ME. *Vt miſera ſis,*
*Atq; ut te dignam, mala, malam ætatem exigas!*
Th, *Quamobrē?* MEL. *Quia Spiritui ſancto obmurmuras,*
*Nec mihi benè monenti obtemperas.* Th. *Vtrum tu homo*
*Delires, an prorſum inſanias, neſcio, quia me invitâ, mea*
*Mihi vendis bona: abitum paras, repudium renuncias,*
*Et hoc nullo meo merito? nam qua cauſa iſthæc facis?*
*Qua cauſa me innocentem extrudis ex ædibus?*
MEL. *Tibi ego rationem reddam? ſtimulorum ſeges!*
Th, *Si mihi non reddis, reddes aliquando iuſto iudici,*
*Nam Deus oculum habet vindicē, quo plectere ſolet malos.*
LUT. *Deum immortalem! quid non molitur Diabolus*
*Per Carolſtadium & Monetarium huius ſeculi*
*Furias?* MEL. *Vide, ut ſceleſta ſola ſecum murmurat:*
*Oculos ego iſtos, improba anus, effodiam tibi,*
*Et linguam precîdam, ne mihi oggannias,*
*Neu me obſerves, quid ego domi rerum geram.*
*Abſcede hinc quoquò gentium, neq; in his locis*
*Digitum tranſverſum aut latum unguem tene.*
*Nam ſi huc redieris, niſi ego te redire iuſſero,*
*Continuò ego te dedam, ut merita es, diſcipulam cruci.*
LUT. *Homo hic à Carolſtadii Diabolo obſeſſus eſt.*
Th. *Ah mi vir, quid agis? quid inceptas?* MEL. *Quid tu me virum appellitas?*
*Cave, iſtud ex te verbum poſthac unquam audiam.*
Th. *Quid ais? an ego eum virum non appellem, cui*
*Ante viginti annos nupſi, & quo cum*
*Tot annos placidè convixi: & quem ſobole*
*Tam copioſa patrem feci?* MEL. *Deliras, quæ iſta nondum intelligis.*

*Quæ ex me audiviſti plus millies.*
TH. *Quænam?* MEL. *Ex verbo Dei prolata oracula:*
*Et quæ communicavi tecum conſilia omnia.*
*Nam oportet te poſthac communem eſſe omnibus:*
*Neq; ulli cuiquam propriam.* LU. *Egregia ſunt hæc ſpiritus Carolſtadij oracula.*
TH. *At obſecro, quomodo te deſeram, cui fidem dedi*
*Coniugalem?* MEL. *malè dediſti: nam Deus omnia*
*Vult eſſe communia, nihil cuiquam homini proprium.*
*Quare pro libitu tuo ad alium tranſibis virum:*
*Ego item mihi pro meo arbitrio, aliam mulierem, mihi,*
*Quæcunq; placuerit, deligam: ſic enim Deus iubet.*
TH. *Vtrum tu pro meretrice me habes, an pro coniuge?*
MEL. *Vtrum magis verbo Dei conſonum videbitur.*
*Meum opinor imperium in te, non in me tibi eſt.*
TH. *Mariti iſthæc poteſtas eſt, in uxorem ſibi ſubditam:*
*At, ſi omnia ſunt cõmunia, nullũ tuum in me erit imperiũ.*
MEL. *Neq; ſanè eſſe cupio: ac proinde à me abſcede quóvis gentium.*
LU. *Quis Carolſtadium non agnoſcat ex ſuis fructibus?*
TH. *Ah! obſecro te, mi vir, ne animum inducas, ut iſthæc facias.*
MEL. *Quid faciam?* TH. *Ne me deſeras, neu me abs te ſegreges.*
*Nam etſi res noſtræ, mi vir, ſunt pauperculæ:*
*Modicè & modeſtè melius eſt mihi vitam vivere.*
*At, ſi ad paupertatem accedant infamiæ.*
*Gravior paupertas ſit, fides ſubleſtior.*
MEL. *Enimverò odioſa es.* TH. *Non ſum, neq; me eſſe arbitror.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0020-9

Ceu fœmina ſtulta atq; imbellis recta ſapio.
Nam, ut ſoluta matrimonij fide, alium quàm te ſequar:
Aut tu amorem tuum aliò transferas, Lutherani aliter ac
tu ferent.
MEL. Ferant, eantq; in maximam malam crucem.
Nam ego Lutheranos omnes non pluris æſtimo,
Quàm propria uxor, ſi detur nunc mihi.
LU. Diſpeream, ni in ore Carolſtadij iſthæc nata ſit oratio.
TH. Mi vir, hominum immortalis eſt infamia,
Etiam tùm vivit, cùm eſſe credas mortuam.
ME. Tace-ſis, neq; oblatres mihi. LU. Sine, alloquar hominem.
Quænam hæ res ſunt, Melibœe? quid fit? quid agitur?
TH. Ah, mi Luthere, in ipſo tempore advenis.
LU. Quæ res eſt? quid tu hîc inceptas, Melibœe, obſecro?
ME. Has ſarcinas compono, paratus ad longum iter.
LU. Quò tendis? ME. In Moraviam. LU. In Moraviam? quid illîc ages?
ME. Pueros hos mecum abducam, ut illîc unà mecum baptizentur denuò.
LU. Eho! an non eſtis baptizati in prima infantia?
ME. Fateor: ſed non rectè. LU. Quamobrem? ME. quia cùm infantes adhuc
Eſſemus, fide caruimus. LU. quomodo? ME. Nam fides
Eſt ex auditu verbi DEI: & quia infantes non audiunt, Rom. 10, 17.
Neq; per ætatem audire poſſunt verbum DEI, ideò
Etiam fide carent: ac proinde etiam inutilis eſt eis
Baptiſmus in prima infantia. LU. Non omnis fides
Ex auditu verbi eſt: quædam etiam cœlitus infunditur, Luc. 1. v. 41.
Nam & Iohannes Baptiſta in utero matris exilijt,

*Quum Chriſtum adeſſe præſentiſceret : & Chriſtus ipſe*
Marc.10, 14. *Dixit, ad pueros pertinere regnum Dei.* (*poſtea*
Matth.19, 14 *Vtrum tu cæleſte regnum aßignandum cenſes incredulis?*
*Infidis & reprobis?* TH. *Quid taces? quid muſſas? huic re-*
*ſpondeas.* (*credant,*
Matth.18, 6. LU *Quin imò, dixit alibi Chriſtus de pueris, quòd in ſe*
Marc.9, 42. *Poſtquam unum ſtatuiſſet in medium diſcipulorum.* TH.
*Quid vis amplius?*
ME. *Tace, obmurmuratrix tu. Nam puer ille in medium*
*productus, non erat* (*neus:*
*Infans, ſed iam adultior, & ad verbi auſcultationem ido-*
*Cuiuſmodi adoleſcentulos in ſe credere aiebat Chriſtus.*
LU. *Quis hoc tibi*
*Dicat, Melibœe, homini ruſtico?* ME. *Vah! quid rogas,*
*Mi homo? Chriſtus ipſe mihi revelavit per ſomnium:*
*Qui etiam Apoſtolis dixit, ut prius Evangelium*
*Omni creato prædicent, quàm ſacris undis abluant.*
Matth.28, 19. LU. *Apertum hoc eſt & purum-putum mendacium. Nam*
*utrum prius*
*Docendi an baptizandi ſint homines, nuſquam ibi dicitur.*
ME. *At, ipſa ratio dictat, prius docendum eſſe quempiam*
*De re aliqua facienda, gerunda, aut admittũda quàm fiat,*
*Geratur, & admittatur. Quæ enim hæc ſit temeritas, ba-*
*ptiſmum recipere,*
*Nec quid baptiſmus ſit, aut quorſum proſit, cognoſcere?*
LU. *Nulla eſt temeritas, mandata Dei obſequi.* (*ſpicis,*
*Etſi enim tu fidẽ & pietatẽ infantũ, ingenio hebeti nõ per-*
*Deus tamen oculis perſpicit longè acutioribus.*
*Neq; enim in veteri teſtamento prius docebãtur de fœdere,*
Geneſ. 17. *Quod cum Abrahamo Deus pepigerat, quàm præputium*

*Illis*

*Illis prædiceretur.* ME. *Alia* heri *ratio fuit, quã* hodiè, Liber Anabaptiſtarum inſcriptus HODIE & HERI.
*Id quod vel Chriſti ipſius exemplo addiſcere potes.*
*Nam infans qnidem circumcidi voluit: Sed*
*Infans baptiZari noluit: verum iam factus adultior.*
LU. *Apage cum tua iſta tergiverſatione peſſuma.* Lucæ 2, ℣. 21.
*Quaſi verò Chriſtus demum adultus verbum Dei didicerit,* Matt. 3, ℣. 13. & 16.
*Cuius in infantia fuerit ignarus? aut quaſi omnia,*
*Quæ Chriſtus fieri præcepit, ad illius exemplum nobis peragenda ſint.* *(crediderit,*
*Sed audi tu! An non Chriſtus etiam hoc dixit: Qui non* Marc. 16, 19.
*Neqꝫ baptizatus fuerit, condemnabitur?* ME. *Imò.* LU. *ſi*
*Infantes neqꝫ credunt, neqꝫ baptizandi ſunt:* *(ergo*
*Vtiqꝫ condemnantur: & quotquot illorum ſine*
*Baptiſmo decedũt, illi in exitiũ ruũt ſempiternũ* *(mali*
ME. *Abſit: nã infãtes ſine peccato naſcũtur, neqꝫ quicquã*
*committunt. Ipſi puri, & ab omni labe alieni atqꝫ innoxij,*
*Ac propterea lavacro illo regenerationis nil prorſũ indigẽt.*
LU. *At ego certus ſum, infantes quoqꝫ è peccatorum eſſe numero:* *(alibi*
*Nam quicquid de carne natum eſt, caro eſt, inquit Chriſtus* Iohan. 3, 6.
TH. *Et ego, ſi rectè memini, nuper à quodã paſtore didici,*
*Quòd Davides Propheta dixerit, ſe in peccatis conceptum eſſe in utero.* *(ſapit* Pſal. 51, 7.
*Materno.* LU. *Certè mulier hæc, quàm tu longè melius*
ME. *Quid mulier ſapiat? ego dico, quòd labes illa propagi-*
*Neminẽ damnet, nemo enim peccati alieni fit reus.* *(nus* Epheſ. 2, 3.
TH. *Ah mi vir, iſthuc ne dixeris, nam omnes naturâ filij*
*Iræ ſumus, & indigemus gratia Dei.*
ME. *Dixin' dudum tibi, Theſtyli, ne me virum*
*Appelles, neu temerè oblatres mihi?* LU. *Quid hoc rei?*

*Vtrum deliras? an verò prorſum inſanis, Melibœe?*
ME. *Quamobrem?* | LU. *Qui uxori interdicis, ne te virum appellet.*
Luc. 14, 26. ME. *Quia hæc mea iam non eſt uxor.* LU *Quid ita, cedò?*
ME. *Quia Chriſtus dixit: Si quis propter me uxorem & opes ſuas*
*Non dereliquerit, is me non eſt dignus.* LU. *Erras manifeſtò:*
*Nam Chriſtus ibi de illis tantùm loquitur, qui coniuges,*
*Qui opes, qui divitias & cætera mundi huius ludicra*
*Ita ſuſpiciunt, colunt, venerantur, ut interim Dei*
*Immemores, verba Chriſti & ſalutem æternam negligant:*
*Cuiuſmodi ille fuit, qui vocatus ad Chriſti convivium*
*Venire renuit: propterea quòd uxorem duxiſſet improbus.*
*Quin imò Chriſtus ipſe coniugium inſtituit, ut ſint duo*
*In carne una: & ipſemet ſua præſentia*
Ibid. verſ. 20. *Quondam exornavit nuptias.* ME. *Ah mi homo, vos ſacrã*
Matth. 19, 6. *Scripturã nõ intelligitis: ſed cæci palpitatis in iſtis oraculis.*
Iohann. 2. *Quaſi in tenebris.* LU. *undè igitur tibi iſthæc lux emicuit,*
*Vt iam repentè factus doctor, omnia intelligas myſteria?*
ME. *Quid rogas? divino iam pridem afflatus ſum numine,*
Amos 1. cap. *Sicut Propheta Amos olim inter pecudum paſcua:*
2. Cor. 12. 2. *Et raptus in tertium* cœlum ſicut Paulus ille Apoſtolus.*
* Wie ein Kuh in ein Mäuß loch. LU. *Vide ne œſtro quodam diaboli ſis percitus.*
ME. *Haud-quaquam.* TH. *At tu mihi ita vidêre per Deũ.*
ME. *Hui! per Deum!* TH. *Quid eſt?* ME. *Audaciam vide*
*Mulieris, quæ ſic peierat, & Deum convicijs afficit.*
LU. *Quomodo?* ME. *Nam contumelioſa eſt in DEum,*
*Cuius nomen temerè uſurpat.* TH. *Fateor peccatum in hac re.* ME. *Equidem.*

*Peccatum*

*Peccatum maximè: Nam nulli Chriſtiano fas eſt* Matth. 5. 37.
*Iurare, ac ne in foro quidem.* Lu. *Vnde iſtuc colligis?* Iacob. 5, 12.
Me. *Quia Chriſtus dixit: Sermo veſter ſit:* Eſt, Eſt: Non, non.
Lu. *Ergóne omnia iuramenta à DEo ſunt prohibita?*
Me. *Omnia.* Lu. *Etiã cũ teſtimoniũ veritati perbibetur?*
Me. *Videlicet.* Lu. *Et cum fidelitas Magiſtratui*
*Promittitur?* Me. *Omninò. nam illud iuſiurandum planè eſt irritum.*
Lu. *quo pacto?* Me. *Quia prorſus in Eccleſia Dei*
*Non eſt iurandum.* Lu. *Sed obſecro te, Melibœe,*
*Quibus rationum momentis iſthæc proloqui*
*Non erubeſcis?* Me. *Quibus? auſculta, ego dicam tibi:*
*Chriſtus ait: Dictum eſt veteribus, non peierabitis:* Matth. 5, 33. & ꝰ. ſeqq.
*At ego vobis dico: Omninò non iurabitis,* Iac. 5, 12.
*Neq; per cœlum: quod eſt ſedes DEI: Neq;*
*Per terram quia ſcabellum eſt pedum illius:*
*Neq; per Hieroſolymam, quia hæc eſt magni regis civitas:*
*Neq; per caput tuũ, quia tu ne capillũ quidẽ dealbare, aut*
*Denigrare poſſis: Sed ſermo veſter ſit.* Eſt, Eſt:
Non, non: *quicquid ultra hæc committitur, à malo eſt,*
*Malum autem eſt ipſe Diabolus: quia omnia mala*
*Exercet in hominum animis. Quid vis amplius?*
Lu. *Audi, mi Melibœe: & reſponde, quod te rogo.*
Me. *Quid rogas?* Lu. *Credin' tu, quòd DEus præcipiat malum.*
Me. *Minimè.* Lu. *At DEus populo præcepit ſuo,*
*Vt per nomen ſuum iurarent.* Me. *Ceremonia hæc fuit* Deut. 7, 3.
*Gentis Iudaicæ, quæ luce Evangelica, tanquã vmbra poſtmodum*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0025-7

*Diſcuſſa, & extincta fuit, & unà cum reliquis ceremoniјs*
*deſiit.*

LU. *Abſit, quod dicis: nam ceremoniæ Leviticæ*
*Chriſtum præumbrârunt: quo exhibito, ceſſaverunt poſtea:*
*Sed iuramentum ſecundi & octavi præcepti in Decalogo*
Iohan. 16, vſ. *Norma eſt: quæ, nomine Dei interpoſito, iubet*
20. & 23 & *Veritati invictum perhibere teſtimonium:*
paſſim apud *Sicut Salvator ipſe iuravit Chriſtus per Amen,*
Evãgeliſtas. *Quod eſt verum, ſive ipſa veritas, Deus optimus (poteſt.*
Roma. 1, vſ. 9. *Maximus, qui neq; falli à quoquam, neq; fallere quẽquam*
2. Cor. 1, 23. *Et Paulus Apoſtolus, electum Dei organon, ipſemet*
2. Cor. 11, 11. *Aliquoties iurat in Epiſtolis ſuis.* MEL. *Non exemplis,*
1. Theſſ. 2, 5. *Sed legibus iudicandum. nam ſæpè in hominum vita,*
*Duo cùm idem faciunt, poſſis verè dicere:*
*Hoc licet impune facere huic, illi non licet:*
*Non quòd diſſimilis res ſit: ſed quod is, qui facit.*
LU. *Abi in malam rem, cum religione iſthac, ſcelus.*
2. Cor. 2, 12. *Quaſi verò contra leges vel Chriſtus ipſe fecerit,*
Heb. 6, 16 *Fons legum & iuſtitiæ: vel Paulus, in tertium*
*Cœlum abreptus Apoſtolus: qui expreſſè ad Hebræos ait:*
*Quod iuramentum ſit finis rixarum & litium.*
ME. *Nihil iſta me commovent.* LU. *video ſanè: ſed obſecro*
*Cur ſubditus fidem ſuam non obſtringat dato*
*Sacramento ſuis Magiſtratibus?* ME. *Quia inter homines*
*Chriſtianos nulli debent eſſe Magiſtratus, nulli reges,*
*Nulli principes: ſed omnia communia omnibus, nihil cui-*
*quam proprium. (maximus,*
Luc. 22. 26. LU. *Quare?* MEL. *Chriſtus enim dixit, qui eſt inter vos*
Mar. 10. 43. *Sit minimus: &, quem filius hominis liberaverit,*
Iohan. 8, 36. *Verè liber erit. Quare faceſſat à nobis iniqua illa ſervitus,*

*faceſſat*

*Faceſſat à nobis odioſa vox* Domini *aut* Heri:
*Faceſſant, eantq́; in maximam malam crucem*
*Omnes reges, omnes principes, omnes Domini aut Heri*
TH.*Larvæ atq; intemperiæ ipſum agitant.*LU.*Apparet.*
*nam hoc ibi fit,*
*Vbi imperiti homines à veritatis ſemita*
*In errorem devii aguntur. Sed heus, cur tu Magiſtratui*
*Te opponis? qui ordinatio eſt Dei, ut Paulus vocat?* Rom.13,1.& 2
*An ignoras, quod Moſes præcepit populo Dei,*
*Ne dijs maledicant, neu principes contumelijs* Exod.22,28.
*Afficiant: An neſcis, Davidem Prophetam regium* Pſalm.82,6.
*Similiter principes & reges vocare Deos,*
*Vt filios altiſſimi?* ME. *Novi equidem: ſed illud*
*Heri tantūmodò verū fuit, hodiè falſum eſt.*LU.*Quomodo?*
ME. *Nam ſceptrum ſeu magiſtratus prius à Iuda*
*Non auferri debuit, quàm Chriſtus naſceretur: nato igitur & exhibito* Gen.49,10.
*Chriſto, ſceptrum à populo Dei removendum eſt, neq;*
*Magiſtratus, Reges, aut principes tolerandi in Eccleſia.*
LU. *Acutè: quaſi verò iſthæc verborum ſiet*
*Sententia, quam tu illis affingis.* ME. *Quid ni?* TH. *Huic auſculta.* *(hoc pater*
ME. *Tace, tu odioſa oblocutrix.* LU. *ô Melibœe, non dicit*
*Iacobus, quòd nato Chriſto omne ſceptrum tolli debeat,*
*Sed tantùm à Iuda ablatum, & alij genti traditum*
*Iri. Deus enim transfert imperia & regna ſtabilit,* Dan.2,21.
*Sicut Propheta Daniel inquit. quare tuo te gladio*
*Iugulo: nam hoc ipſo teſtatur Spiritus ſanctus,*
*Quod ſuum ſit opus, regnum uni ſtirpi adimere,*

*Et alteri conferre.* Me. *At quorſum opus eſt regibus,*
Pſalm.2.℣.6. *Vbi filius* DEI *in medio populi iudex ſedet?*
*Vbi Chriſtus in monte Sione regnum obtinet?*
Eccl. 17. c.2. *Vbi ſoli Iſraëli dominatur Deus, cœli & terræ*
*Dominus? alijs interim populis ſuos reges habentibus?*
Lu. *Quid audio? quaſi verò Chriſti regnum ſiet*
*De hoc mundo, & non potius ſpiritale dominium,*
*Quàm civile, populare atq; exterum? annon ipſemet*
*Negavit, regnum ſuum de hoc mundo eſſe?*
*An non diſcipulis ſuis, quos ad prædicationem*
*Verbi delegerat, apertè dixit: Reges gentium*
Mar. 10, 42. *Dominantur, & vocantur benefici: vos autem non ſic?*
Matth.20,25. *Ecce te iterum tuopte laqueo conſtrictum teneo.*
Luc.22,℣.25. *Nam qui res ſpirituales à corporeis, cœleſtes à terreſtribꝰ,*
*Divinas à mortalibus diſtinguit & ſeparat,*
Pſalm.94,8. *Alterutrum ille nequaquam tollit, ſed utrumq; ſtabilit:*
Heb.3.7.8.15. Th. *Ah mi vir, attende huic ſermoni diligenter,*
*Neq; aures obſtrue, cùm vocem Domini audis.*
Me. *Quid tu mihi oggannis iterum? abſcede hinc, niſi pugnos comedere*
*Velis.* Th. *Non eſurio.* Lu. *Ne ſævi tantoperè, mi homo:*
*Nam quicquid illa dicit, tui commodi cauſa loquitur.*
Me. *Nihil ipſius commoda moror: dummodò moleſta non ſit mihi,*
*Neu me ſub imperia & dominia regum compingat:*
*Atq; ex propitio DEO iratum reddat mihi.*
Oſeæ 13.℣.11. Lu. *Quamobrem?* Me. *Quia ſcriptum eſt: Iratus tibi re-*
1. Sam.8. *gem dedi.*
Lu. *Fateor: ſed quid hoc ad te attinet, quod unius*
*Populi peccatum eſt? Nam Iudæi non contenti ſuis*

*Præto-*

*Prætoribus & populari ſtatu, Regem ſibimet ipſis,*
*Autoritate propria, DEO inconſulto, delegerant.*
*Quare iratus eis Dominus regem conceßit. Sed cave tu,*
*Ne dum & tu reges & Principes à DEO tibi præpoſitos*
*Repudias, & tuapte autoritate Præſides tibi eligis,*
*Cave, inquã, ne itidẽ tibi iraſcatur Dominus & tu pereas.*
*Nam ſi quis hominum te verberet, aut prorſum occidat,*
*quem vindicem* *( nullum.*
*Iniuriæ aut cædis habiturus es?* ME. *Nullum.* LU. *Certè,* Heb. 10.30.
ME. *At quorſum opus vindice Magiſtratu, cùm Deus ſibi* Deut. 32.35.
*vindictam vendicet?* Rom. 12,19.
*An tu oblitus es illius dicti Chriſti: quo vetat, ne malo* Matth. 5,39.
*Reſiſtamus? ait .n. ſi quis unam maxillã pugno ceciderit,* Luc. 6, 29.
*Porrigito illi & alteram: & ſi quis tunicã tibi ademerit,*
*Illi etiam palliũ dato.* LU. *Cur igitur Chriſtus, ô Melibœe,*
*Miniſtro iudicis colaphum ſibi impingenti, alteram genam* Iohan. 18, 22.
*Itidẽ non præbuit? cur de iniuria proteſtatur? cur iudicis*
*Implorat officium? Cur Paulus flagris mulctatus* Actor. 22, 25.
*Ad iura civitatis Romanæ provocat?* ME. *Iterum exemplo iudicas.*
LU. *Iterum tu Chriſtum & Paulum peccati inſimulas:*
*Neq; inter privatam vindictam, à Chriſto prohibitam,*
*Et ultionem publicam, magiſtratui divinitus*
*Conceſſam, interſtinguere didiciſti. Sed audi,*
*Si nullus ſit iudex, nullus magiſtratus, ut tibi placet,*
*Quis puniet adulteros? quis fures?* ME. *Vbi nulli erunt*
*Adulteri, nulli fures, ibi neq; pœnis, neq; magiſtratibus*
*Erit opus.* LU. *Quomodo nulli fures, nulli adulteri erunt?*
ME. *Quia ſi ſit omnium rerum communio, neq; quicquam*
*proprium*

*Cuiquam: nemo cum ulla muliere admittet adulterium:*
*Nemo alterius bona pro ſuis uſurpans, furtum faciet.*
LU. *Ecquid te pudet, hominũ audaciſſime iſthæc proloqui?*
*Nam beluina vita hæc eſt, non civilis hominum*
*Conſuetudo.* TH. *Ah! ſurdo narras fabulam,*
*Quia ipſe frontẽ iam dudũ perfricuit.* LU. *Apageſis, apage,*
*Cum pecunia iſta comitate, quæ nullis legibus,*
*Nullo iure civitatis roborata eſt.* ME. *Nugas agis.*
*Cur enim alius egeat, alius omnium rerum copia affluat:*
Epheſ. 5, 30. *Cum membra ſimus unius corporis? An neſcis Iſraëlitas*
Exod. 15. *In deſerto Mannam ſic collegiſſe, ut qui multum haberet,*
*Non abundaret: qui parum, is nulla laboraret inopia.*
LU. *Atra bile te video percitum pleniſſimè. Nam tu in ſacris literis.*
*Minus perſpicis, quàm noctua in meridie, (ſequor*
*Quum ſudum eſt.* ME. *Ego rationes meas mecum ſubduxi:*
*Meum genium, & nocturna viſa: tuos ſermones nihili*
*Pendo.* TH. *Ah obſecro te, ne tam obſtinato ſis animo.*
ME. *Fruſtra me oras, iam conclamatum eſt.* LU. *Ergò non mutabis hanc*
*Sententiam?* ME. *Non, ſi Batti mihi dares ſilphium. (eas?*
*Eo. ſequimini me pueri.* LU. *Nõ prius huic valedices quam*
ME. *Minimè: nam ei, qui rebaptizatus non eſt, neq;*
*Ave, neq; vale dicẽdũ eſt.* LU. *At neq; comitẽ adiũgens tibi?*
ME. *Siquidem rebaptizari mecum velit & coniugii fidem*
*Facere irritam.* TH. *Qui poſſum?* ME. *Facilimè.*
*Nam ſi mihi, & Spiritui ſancto morem geras,*
*Quod nunc abſurdum videtur, mox erit laudabile.*
*Et quod nunc inepta renuis, paulò pòſt ultrò expetes.*
LU. *Amabô, Melibœe, diligenter perpende, quid agas.*

*Nam*

*Nam uxorem à viro, liberos à matre avellere,*
*Subditos à Magiſtratu abducere: iuramenta & fidem*
*Tollere: quis credat Spiritus ſancti eſſe opus?*
*Nam Spiritus ille ſanctus ordinis autor eſt, non confuſionis.*
*Tuus verò Spiritus, ſacra cum profanis, & cœlũ cum terra permiſcet.* 1. Cor. 2, 14.
ME, *Abeo: Nam vos ea, quæ ſunt Spiritus Dei,* Rom. 1, v. 28.
*Haud intelligitis, homines in ſenſum reprobum dati,*
*Sequimini me pueri.* TH. *Pueros haud ſinam, ire tecum in perniciem.*
*Nam ſi tu perire cupis, ſolus pereas.* ME. *ut ut vis, non moror, abeas,*
*Valeas, vivas cum illis.* LU. *Proh Deum & hominũ fidem!*
*Quæ iſthæc eſt dementia? quæ inſania? deſerta coniuge*
*Et patria, ire in Moraviam, illic rebaptizarier?*
*Et venditis domi omnibus, ſua cum alijs*
*Habere communia? an non, qui hæc faciunt, cum recta ratione inſaniunt?*

---

## ACTUS II SCENA III.

### THESTYLIS, LUTHERUS.

ABIIT *hic: qui nunc, mi Luthere, auctor es mihi,*
*Vt faciam? Nam poſtquam ille me deſerit,*
*Et venditis rebus, quas poſſedi domi, omnibus,*
*Aliò profugit, vitæ me meæ cœpit ſatietas.*
*Eheu, Eheu!* LU. *Ne lacruma, néve animo tuo*
*Id fac, quod perturbatæ atq; afflictæ ſolent.*
*Sed reijce curam hanc in Deum, is te eripiet,* Pſalm. 55, 23.
*Atq; his ærumnis eximet. in hunc qui ſpes ſuas*

Reponit, hic omnia mala vincit. TH. Sic equidem ſpero.
LU. Tametſi enim improbus eſt ille, atq; aliter facit,
Quàm æquum eſt: tamen ne quid tu obnoxia
Sis malo, opibus omnibus tuum officium te decet
Meminiſſe. TH. Placet: Sed interim viri immemor
Eſſe haud poſſum. LU. Túne magni pendas eum,
Qui ſe DEo, Magiſtratui & legibus opponit
Qui omnia iura violat? qui coniugij fidem
Frangit? qui nihil ſani cogitat aut facit?
TH. Ah, Ah! LU. an id doles, quia ille officium non colit
Suum: cum tu facis tuum? TH. Haudquaquam. LU. Bono igiur animo es,
Et nequam hominem oblivíſcere, TH. At unde victus ſuppetet.
Rebus domi omnibus divenditis, extincto
Boue aratorio & nutricio? LU. Ego dicam tibi, non quæ mea,
Sed quæ Spiritus ſancti in hac re ſit ſententia:
Primùm quòd omnia bona, quæ tibi cum illo erant
Communia, abſq; Magiſtratus conceſſione vendidit:
Nullum contractum ego eſſe iudico: ut qui cum legibus
Et ſancitis Magiſtratus pugnat. Itaq; de hac re
Senatum certiorem fieri velim, ut is tibi
Ac ſuis liberis quàm maturrimè proſpiciat. TH. Hoc conſilium placet.
LU. Deinde cũ ille ſit adverſus DEum infidus & reprobus,
Et nulla tua culpa ſeipſum abs te ſegreget,
Iam tu libera es ab ipſo: neq; eum vel ſequi,
Vel ab eo pendere digneris, ullo modo aut via:
Sed liberè, cuicunq; volueris, honeſtè nubere

Poteris

*Poteris.* TH. *Habeo pol gratiam tibi, mi Domine.*
*Nam tuum conſilium ſequi, certum eſt mihi.*
*Atq; adeò ad Prætorem nunc ibo, ut de amiſſis bonis*
*Maturè proſpiciam: Vale.* LU. *Vale, & pietatem eo,*
*Quo cœpiſti, modo colere perge: Nec dubita,*
*Quin habitura ſis DEum propitium tibi.*
*Ego verò nunc Brentium adibo: nam dies*
*Hic colloquio eſt dictus * inter me & Cinglium:*
*Ut de illa controverſia fiat compoſitio,*
*Priuſquam pontifex maturet Concilium.*

*A Philippo Haſſiæ Landgravio, Marpurgi, Anno M.D.XXIX.

## CHORUS II.

### PRECES PRO MAGISTRATU, CONtra Anabaptiſtas.

DEus nitentis arbiter
Cœli ſoliq; præpotens:
Dux pacis & rex gloriæ,
Iuriſq; princeps optime.
Ades Deus parens, ades
Fili Deus: concors ades
Vis utriuſq; numinis,
Nati Patriſq; Spiritus.
Tu nos iubes precarier
Pro cæteris mortalibus,
Pro patribus, pro regibus,
Omnibus gubernatoribus.
Ru principes ſublimibus
Hus ea tuliſti honoribus,

*Altoq́; collatas gradu,*
*Ceu filios altiſsimi.*
*Ergo precamur ſupplices,*
*Vt ordinem divinitus*
*Hunc conſtitutum protegas,*
*Omnesq́; reges aſſeras.*
*Tu corda principum tui*
*Accende verbi lumine,*
*Vt oſculentur filium*
*Eccleſiæ nutricij.*
*Largire pacem regibus,*
*Vt mentibus concordibus*
*Novas repellant hæreſes,*
*Tibiq́; ſoli ſerviant.*
*Tutare leges cœlitus,*
*Et iura ſerves civica:*
*Hinc laus, honor, decus tuum*
*Augeſcat omni tempore.*

## ATTVS III SCENA I.

### ARGUMENTUM.

Scenæ I: EIn Münch vnd Nonn jetz kommen her/
Die bringen auch gar ſeltzam Mehr/
Wie Martin Luther ſey auffgeſtanden/
Den München gehaßt in allen Landen/
Weil er jhr Küchen hab geſchmelt/
Das niemandt viel auff Clöſter helt.
Scenæ II. DRauff Zwingel kompt vnd auch ſein Geſell/
Der Carolſtad/gleich auß der Hell.
Weil ſie gehn Marpurg beruffen ſein/
Mit Luther vnd Brentzen allein/

Zuhalten

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0034-7

Zu halten ein Geſpräch vom Glauben/
Damit ſie vns nicht mehr berauben/
Deß Leibs vnd Bluts Herr Jeſu Chriſt/
So in dem heilgen Nachtmal iſt.
Zu dieſen zweyen kommen beyd/
Münch vnd Nonn/als ich euch beſcheyd/
Die klagen ab der Ketzer Zanck/
Auch wie man jhn geb böſen danck.
Sie rühmen auch jhr glübd vnd Eyd/
Die Müncherey vnd Geiſtlichkeit.
Zwingel fertiget ſie fein ab/
Lehrt / wie ſie beyde ſein ſchabab/
Mit Gottes Wort beweiſen thut/
Daß ſie betriegen fleiſch vnd blut.
DRauff kompt mit Brentzen Luther her/ Scenæ III.
Vnd klagt vber den Carolſtad ſehr/
Wie er die frommen Diener ſchmäch/
Darauff erhebt ſich ein Geſpräch/
Vom Nachtmal Chriſti vnſers HERRN/
Cinglius vnd Carolſtad lehren/
Daß in dem Nachtmal nur Brod vnd Wein/
Gegeben werd zu einem ſchein/
Vnd Chriſtus in dem Himmel ſey/
An einem ort ohn allen ſchew.
Das widerſpiel Luther beweißt/
Deſſelben ſich auch Brentz befleißt/
Daß in dem Nachtmal nit nur ſey/
Wein vnd Brod/wie ein Bauren Brey/
Vnd daß der heilig Leib vnd Blut/
Chriſt Gottes Sohn vns Menſchen zgut
Gereichet werd ohn allen trug/
Dann je bey Gott kein einig lug.
ZV letzt kompt auch auff dieſen plan/ Scenæ IIII.
Schwenckfelt ein gelehrter Edelman/



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0035-3

Doch nur halb glehrt/wie gmeinglich geſchicht/
Wann einr ein Ketzerey erdicht/
Bringt auch ein newe Lehr herfür/
Brentz fertigt jhn fein ab nach gbür/
Den Schulſack hengt jhm für die Thür.

FRANCISCVS, *Monachus*: BRIGITTA, *Monialis*.

*ITa eſt, ut dixti, Brigitta: Paucos hodiè reperias,*
*Qui Cœnobia & Monaſteria fundent, templa extruant,*
*Aras ædificent, aut diem anniverſarium conſtituant.*
BR. *Atq; hoc, Franciſce, nos ſorores votivæ omnium*
*Quàm maximè experimur. Nam bonis noſtris retia*
*Tenduntur hodiè à plurimis pecuniarum aucupibus.*
*Nam Lutherani principes ſceptrum nobis ereptum*
*Sibi vendicârunt: nos omni poteſtate exutæ,*
*Omni dominio orbatæ, vix famem repellimus.*
FR. *Id ipſum certè nobis etiam accidit: nam quanta fame*
*Oppreſſus ſim miſer, vel iſthac oris macies,*
*Et vultus pallor indicio eſt.* BR. *Ah, mi Franciſce,*
*Si me nudam aſpiceres, nihil præter pellem & oſſa videas:*
*Adeò tenuis ſum, longâ inediâ atq; macritudine,*
*Vt me per annulum traheres.* FR. *Ah mea ſoror*
*Brigitta: nos fratres ita ſumus exhauſti atq; aridi,*
*Vt ſol pellucere queat, quaſi per laternam Suevicam.*
*Olim cùm Lutherum furiæ infernales ex Erebo*
*Nondum produxiſſent, luculentis admodum ignibus*
*Foci Monachorum calebant: & canes venatici*
*Nobis ſtrigoſis fratribus longè pinguiores erant:*
*Nulla apponebantur olera, nulla rapa rancida:*
NB. Pfaffen bißlein. *Perdices, anates, capi, turdi, ficedulæ nobis*
*Cibus erant: his addebatur caro vitulina, tenerrima:*

*Ferinæ*

*Ferina pinguiſſima: admiſcebantur piſciculi*
*Minuti, elixati & frixi: Huſones, antacæi,*
*Mulli, barbatuli lucij, cancri, cobitides:*
*Pinſebantur item panes, haudquaquam furfuracei,* Kloſter Brot.
*Qui fauces abraderent: ſed nivei, ſimilaginei,*
*Triticei, pollinei, & quales ipſum DEum eſſe fas erat.*
*Vinum dabatur optimum, & ſaporis præſtantiſſimi,* Kloſterwein.
*Lene, generoſum, quale Nectar illud DEorum fuit:*
*Rinſalium, Baccharicum, Eilſingæum, Rhæticum.*
*At nunc fecem aceti morituri bibimus:* Man bacht vns freilich kein Nönnon fürtzlin mehr.
*Panem atrum ex heſterno iure devoramus famelici:*
*Lentes comedimus, piſa, hordea, rapa, ciceres:*
*Adeò Lutheri doctrina noſtros ventres imminuit:*
*Quem ego virum: ſed reprimo me.* Br. *O mi religioſiſſime* Raſæ virgines, Nönen.
*Frater, Franciſce: nihil nos queritemur raſæ virgines,*
*Si nobis lentium & piſorum, quod ſat, apponatur.*
Fr. *Quid ergo datur in cibum vobis?* Br. *Quotidiè* Man gibt vns einen Häbern Brey/der Waſſer Krug ſteht nah darbey.
*Binas avenarias pultes comedimus: & naſo hydriam*
*Tangimus, & aquam è lagena plenis faucibus*
*Sorbemus.* Fr. *O beate Franciſce! ô virgo Maria!*
*O diva Clara! aſpicitis hoc, & æquo animo patimini?*
Br. *Tace: duo Luherani vultures hûc advolant.*
Fr. *Vbinam?* Br. *Illic ad nos rectà adfectant viam.*

---

## ACTVS III SCENA II.

### CINGLIVS, CAROLSTADIVS, FRANciſcus, Brigitta.

DIEM *hunc colloquio eſſe dictum mihi & tibi,*
*Noſtriſq; adverſarijs, Luthero & Brentio.*

*Ecquid meminiſti, frater Carolſtadi?* CA. *commemini optimè*

*Mi Cingli, exoptatiſſime frater.* CI. *Quid item mei*

*Sit conſilij, nunquid tenes?* CA. *Videlicet.* CI. *ſententiam*

*Noſtram de Sacramento Cœnæ eſſe veram, & mordicus*

*Retinendã: neq; ab ea latũ unguẽ recendendũ.* CA. *ſcilicet.*

*Neq; enim me Lutheri movet autoritas.* CI. *Neque me Brentij*

*Craſſa ſubtilitas.* Fr. *Audin' quæ loquitur carnifex?*

* Sed fruſtrà Br. *Audio, & benè ſperare * incipio: nam ſi ita animis*

Matth.12,26. *Inter ſe diſſident, Regnum illud diu ſtare non poterit.*

Luc.11.℣.17. Fr. *Concilium certè, quod hiſce temporibus inſtitutum eſt,*

*Facilè Lutheraniſmum diſſipabit, niſi me omnes*

*Senſus decipiunt.* CA. *Equidem obfirmato animo rem meã*

*Aggrediar.* CI. *Omnem ſiniſtrum!* CA. *Vbinam?* CI *Monachus & Monialis in via.*

Amos.4. Fr. *Abeamus hinc,* CI. *Revocemus: Heus vos vaccæ Baſan:*

*Quò tenditis? Quò voſmet è conſpectu noſtro ſubducitis?*

Fr. *Ea, quæ nihil ad te attinent, percontari deſine.*

CI. *Satin' omnia caſtè?* CA. *Si non caſtè, tamen cautè.*

Fr. *Ex veſtro ingenio iudicatis alios, vos furciferi.* CI. *Minimè omnium.*

*Nam novi ego mores veſtros: quòd pleno ventre ieiunare,*

*Monialibus accubãtes caſtè vivere: & in omniũ rerũ copia*

*Paupertatem colere ſoleatis.* CA. *Ha, ha, hæ!* CI. *Quid rides?* CA. *iſtud,* (*dius à quoquam.*

*Quod dixit modò: nam nunquã quicquam audivi dici lepi-*

Br. *Tu pol homo ſanus non es, qui me meretricem cenſeas.*

CI. *Nõ cenſeo equidẽ.* Br. *Atqui ita me inſimulabas modò.*

CI. *Non inſimulo, per Iovem, ſed talem te eſſe affirmo.*

Br. *Falle-*

Br. *Falleris profectò: Nam tu me pro matre agnoſcis tua,*
*Quæ dudum cum quater mille accubuit viris.* *(tior.*
ci. *Mentiris per gulā tuā, Circæa venefica.* Br. *Non men-*
ca. *Mittamus iſta: ne mutua nos afficiamus iniuria.*
Br. *Qui dicit ea, quæ vult: quæ non vult. audiat,*
*Neceſſe eſt.* ca. *Agè, dic hoc mihi: tuus ille quid vult ſibi habitus.* *(cratam DEO*
Br. *Quid enim aliud, niſi quòd me religioſam, & conſe-*
*Mulierem indicat?* ca. *Vnde hoc ſcis?* Br. *Quia hac veſte Deo*
*Sum initiata, ut illi noctes et dies precibus meis inſerviam,*
*Aras & ſtatuas ſanctorum venerer: & pro cæteris*
*Mortalibus, tàm defunctis, quàm vivis, oratione mea intercedam.* *(ris meæ.*
ci. *Quid verò tuus indicat habitus?* Fr. *Idem quod ſoro-*
ci. *Eſt ne hæc ſoror tua?* Fr. *Ita eſt.* ci. *Eodem ne patre*
*Ambo geniti?* Fr. *Eodem.* ci. *etiā matre eadē procreati?*
Fr. *Non.* ci. *Quibus igitur?* Fr. *Natales noſtri non ſunt ex ſemine*
*Viri, ſed ex Deo: qui communis pater eſt omnibus,*
*Præcipuè autem religioſè devotis.* ci. *Ergò fraternitas*
*Veſtra cognatione noſtra, vt video, nihil diſcrepat?*
Fr. *Quamobrē?* ci. *Quia cœleſtis ille pater ex æquo mihi*
*Ac tibi, atq; huic pater eſt* Fr. *Erras, ſi iſtuc credas: nam tu hæreticus es:*
*Et à fide atq; religione maiorum tuorum deſciviſti.*
*Proinde indignus, qui pro Dei habearis filio.* ci. *Cave iſtuc dixeris.* *(cleſiam,*
Fr. *Cave tu iſtuc feceris: Et quia Catholicā deſeruiſti Ec-*
*Lutheri ſectarius, age ad gremium matris Eccleſiæ redi:*

CI. Cuius Eccleſiæ? Fr. Romanæ Catholicæ & Apoſtolicæ.
CI. Imò ego te monitum volo, ut unà cum ſocia tua
Ephef. 2, 20. Ad gremium Apoſtolicæ Eccleſiæ redeas. Fr. Cuius Eccleſiæ
1. Corinth. 11. Apoſtolicæ? CI. Eius nimirum, quam Apoſtoli ſuper Chriſto, quaſi
Fundamento collocârunt: à qua tu & hæc ſoror tua
Voſmet ſeiunxiſtis? CA. Ita factum. Fr. Quomodo? CI. Nam peculiari habitu
Propriam ſequentes vitæ regulam, etiam religionem propriam colitis:
Vnde & Monachi & Moniales, quaſi homines ſolitarij
Appellamini. CA. Quin imò habitum Monaſticum
Tanti facitis, ut eum Baptiſmo & ſacris vndis præferre nō
Dubitetis. CI. præterea vos perfectos et cæteris mortalibus
Longè meliores eſſe dicitis. CA. Et opera indebita vos facere gloriamini,
Quæ pro aliјs ex voto ſuſcipiantur, & ipſis vendi poſsint.
CI. Mortuos è pœna purgatorij veſtris preculis liberarier
Iactatis. CA. Imò religioſo habitu conſepultos pluſculum
Solatij accipere, & citius in cœlum ſubvolare dicitis.
CI. An non hinc promanârūt ad vos tot divitiæ, atq; opes?
CA. Et tot agri? CI. Et tot latifundia? CA. Et tot prædia?
CI. Equidem niſi fraus & impoſtura veſtra toti orbi innotuiſſet,
Vos Harpyiæ omnium Regum & principum loculos
Expilaſſetis: omnes Reſpublicas depeculatæ fuiſſetis:
Omnium civium & agricolarum ad vos rapuiſſetis bona.
Fr. Deliratis profectò: qui conſilia Chriſti & Apoſtolorum non intelligitis.

CI. Quæ

CI. *Quæ conſilia?* FR. *Auſculta, dicam tibi.* CI. *auſculto.*
FR. *Nónne Chriſtus dixit,* Matth. 19, 21
*Si vis perfectus eſſe, abi & vende omnia, & da pauperibus:*
*Et theſaurum in cœlis tibi colliges?* CI. *Dixit videlicet.*
FR. *Nónne Apoſtolus dixit? de virginibus præceptum non habeo, ſed conſilium* 1. Cor. 7, 25.
*Do vobis, qui miſericordiam à Domino adeptus ſum,*
*Vt ſim fidelis: arbitror igitur, hoc bonũ eſſe, ꝓpter præſentẽ*
*Neceßitatẽ: nam bonum eſt homini, ſic eſſe.* CI. *Imò dixit:*
*Sed quid hoc ad te, vel ad hanc conſortem tuam?* FR. *Næ plurimum.*
*Nam qui cœlebs eſt, curat ea, quæ ſunt Domini, quomodo placiturus ſit Domino:* Ibid. v. 32.
*At, qui ducit uxorem, ſolicitus eſt de his, quæ ſunt mundi.*
BRIG. *Etiam innupta curat ea, quæ ſunt Domini, ut ſiet* Ibid. 34.
*Sancta cum corpore, tũ ſpiritu. Contrà quæ nupta eſt viro,*
*Curat ea, quæ ſunt mundi, quomodo placitura ſit viro.*
FR. *Sic Rechabitarum filij, promiſſam patri abſtinentiam* Ier. 35.
*Et vitam abſtemiam ſervârunt: neq; vineas conſeruerunt,*
*Neq; agros poſſederũt: ſed ſolitarij in tabernaculis ætatem tranſegerunt.*
BR. *Sic Anna vidua, annorum octoginta quatuor,* Lucę 2, 36. 37.
*Non diſcedebat à templo, ieiunijs & obſecrationibus*
*Inſerviens nocte ac die.* CI. *Nihil ad rhombum.* CA. *nihil equidem.*
CI. *Primùm quòd dicis, vocem Chriſti eſſe conſilium.*
*Vbi inquit: Si vis perfectus eſſe, abi & vende omnia,* Matth. 19, 21.
*Ac me ſequere: toto cœlo erras. Nam præceptum hoc eſt, quo Deus*
*Omnibus hominibus ſeriò præcipit, ut propter Deum omnia deſerant*

*Itaq; ad te non ſolum, ſed ad omnes mortales id pertinet:*
*Vt, rerum ſtatu ſic ferente,, pro divini nominis gloria*
*Omnia bona, etiam vitã & corpus amittãt. & quod Paulus ait:*
*Bonum eſſe homini, ut ſic ſit, & uxore abſtineat: non ſim-*
1.Cor.7.26. *pliciter ait:*
*Addit enim, Propter præſentem neceßitatem, & Eccleſiæ*
*Statum, qui tùm fuerat miſerrimus & perturbatißimus.*
Matth. 19, 11. *Itaq; non vult inijci laqueum conſcientijs. neq; enim*
*Omnes capiunt verbum hoc, ſed quibus datum eſt deſuper.*
*Et tu, quod infers, cœlibem ſervire Domino coniugem*
*Mundo: non rectè infers: neq; enim ſoli innupti ac cœlibes*
*Ea, quæ ſunt Domini, curant: ut ſancti ſint corpore*
*Et ſpiritu: Quomodo enim ſacerdotes Levitici fuiſſent*
*In operibus Domini, & viri ſancti, quos conſtat fuiſſe coniuges?*
*Itaq; Paulus ſubdit: Qui elocat nuptum benè facit.*
BR. *Attamen, qui non elocat nuptum, melius facit,*
*Vt ibidem teſtatur Apoſtolus.* CI. *Puta, pro temporum*
*Illorum conditione & ſtatu: nam ſi virgo nupſerit,*
*Non peccat quidem: ſed ſi marito nupſerit impio*
*Atq; infideli, magnum in diſcrimen fidei perveniet.*
*Vbi enim illi placere ſtuduerit, abnegabit fidem, & Chriſtum rurſum deſeret.*
CA. *Ah, quid verba commutas cum iſtis? Hi homines*
*Indigni ſunt noſtro colloquio: quaſi verò paupertatem ullã*
*Tolerare didicerint? aut quaſi magnas opes in vita Monaſtica*
*Non potiùs ſectati fuerint, quàm propter Chriſtum amiſerint?*

*Quaſi*

*Quaſi Rechabitarum more à vino ſibi temperent?*
*Ac non ventres Monachorum Bacchi ſint amphoræ?*
*Quaſi ieiunare ſit, ventrem piſcibus & conditis diſtendere?*
*Quaſi hoc ſit caſtè vivere, nullam habere coniugem,*
*Et interim mœchari, ſcortari & flammis libidinum*
*Noctes dies'q; ardeſcere? Quid enim ſunt Monaſteria aliud*
*Quàm proſtibula, lupanaria, latibula, fornices?* (*rijs*

Huc quadrat diſtichon illud rythmicũ Eobani Heſſi: *Vos Monachi, veſtri ſtomachi ſunt amphora Bacchi: Vos eſtis, Deus eſt teſtis, teterrima peſtis.*

BR. *Ah! facis iniuriam nobis profectò, nam nos in Monaſte-*
*Caſtè & devotè omnium rerum, quæ in mundo geruntur,*
*ſecuri*
*Deum colimus & veneramur: eũq; pro reliquis mortalibus*
*Aſsiduè & continenter invocamus.* CA. *vanum hoc eſt, per*
*Deum.*
*Nam ſtatuis & ſimulacris ſacra facitis, non Deo.*
BR. *Nequaquam ſtatuis, ſed ijs tantũ, quos ſtatuæ repræ-*
*ſentant,*
*Sanctos puta Dei homines, Evangeliſtas atq; Apoſtolos,*
*Et cæteros beatos martyres.* CA. *Quos ſcilicet patres* Matth. 24.
*Veſtri occiderunt.* FR. *Non eſt ita, ut dicis improbe.*
*Nam cultum ſibi noſtrum placere, plurimis miraculis*
*Teſtatum ſæpius fecerunt.* CA. *Nihil me miracula*
*Movent, quæ Satanas edit, ut ſuam doctrinam comprobet.*
*Itaq; quantum in me eſt, omnes aras in templis demoliar.*

Quare in Papatu miraculã fiant per Diabolum.

CI. *Et ego omnes ſtatuas diſijciam, ſicut Hiskias ſerpen-* 2. Reg. 8.
*tem æneum.* (*ſipiſcant,*
CA. *Et ego Monachos omnes profligabo in exilium, niſi re-*
CI. *Et ego moniales omnes eijciam è ſuis lupanaribus.*
FR. *Hominũ fidem quæ iſthæc audacia eſt? quæ impietas?*
CI. *Nulla eſt hîc impietas. nam veſtra religio patrem ha-*
*bet diabolum?*

Fr. *Et quo autore tuus Cinglianiſmus initium cepit?*
CI. *Iſthuc ne te commoveat.* Fr. *certè Lutherani apertè dicunt,*
*Quòd Satanas ſit pater omnium Cinglij ſociorum.*
Br. *Idem ego quoq; crediderim, & perquàm facilimè.*
CI. *At nos iſtos, qui hoc dicunt, ex ipſo ortos Diabolo*
Beza Apolog. 2. & 3. *Affirmamus, & excrementum Satanæ linguis & literis*
*Noſtris & ipſos eſſe, & doctrinam illorum dicimus.*
Fr. *Si hoc ita eſt, vt tu dicis: abeas, valeas cum Lutheranis tuis.*
*Nam ego maiorum meorum veſtigijs inſiſtam,*
*Et avitam religionem ſectabor: id enim tutiſſimum erit.*
Br. *Idem ego faciam, cur enim à fide antiqua recedam?*
*Et illos ſequar, qui ſeſe mutuò tradunt Satanæ?*
*Nam quòd illi cœnobijs, templis, aris & ſtatuis interitum minantur,*
*Id ſancti manes ſuperûm facilè prohibebunt, neq;*
*Romanus pontifex committet, ut novi hæretici in Monaſticum hunc*
*Ordinem diutius graſſentur.* Fr. *Eamus ergò* Br. *I præſequar.*
CI. *Quid nos agimus?* CA. *Operiamur paulùlum, an aliquis*
*A noſtris adverſarijs adveniat, Lutherus aut Brentius.*
CI. *Quinam illi ſunt, quos procul adventare conſpicor?*
*Nam oculi mei minus acutè vident.* CA. *Tace, tace inquam,*
*Lupus eſt in fabula: nam ipſi ſunt, quos hodie conuenire volumus,*

ACTVS

# ACTVS III SCENA III.

## BRENTIUS, LUTHERUS, CINGLIUS, Carolſtadius.

SVNT mira, quæ mihi de Carolſtadio narras, mi præceptor optime.
Lu. Ita ſunt, mi Brenti. Br. Tum de Anabaptiſtis in Moraviam
Proficiſcentibus. Lu. Equidem. Br. Et ſeceßione huius
Melibœi à Theſtyli ſua coniuge. Lu. vtinam falſa dixiſſem, Brenti. nam vereor,
Si huic ſpiritui malo non eatur obviam in tempore.
Ne Anabaptiſtarum furor paulatim longius & latius
Serpat: præſertim cum Monetarius unà cum Carolſtadio
Sua conſilia communicet, atq; ambo inter ſe conſuſurrent improbi.
Br. Apparet quidem, mi Luthere. Itaq; ſapienter conſulunt
Germani principes, ut colloquio inſtituto dißidia
Inteſtina tollantur, & lites componantur, priuſquam
Ad Concilium Tridentinum perveniatur. Lu. at ego Carolſtadij
Et ſucceſſoris illius, atq; diſcipuli Cinglij vehementiam,
Animosq; obſtinatos præſentio. Etſi enim Cinglius
Cum Carolſtadio non idem ſentit per omnia,
Et hæc doctrina ſacramentaria in multas hæreſes
Diffuſa eſt, alijs aliter eadem verba interpretantibus:
Tamen in hoc omnes conſentiunt, ut veritas ſententiæ
E medio tollatur. Ci. Eamus illis obviam. Lu. ſed eccos, ut citò

Seſe expediverunt. Br. Ego Deum tota animi contentione veneror
Et colo: ipſumq́; votis ardentibus invoco & precor:
Vt nobis in inſtituto hoc colloquio ſua gratia
Adeſſe, ſuoq́; ſpiritu nos regere velit: ut pax & unanimis
Concordia ineatur, neq; tot miſeræ conſcientiæ
In errorē ac ſempiternum exitiū pertrahantur Lu. Amen.
Ci. Salvete fratres in Chriſto optatiſſimi. Lu. Habemus gratiam.
Sed ego me tantiſper tuum fratrem dici volo: dum tu idem
Mecum in omnibus articulis fidei per omnia ſentias.
Br. Et ego ſimiliter: nam diverſa ſentientem ab Apoſtolorū
Doctrina, & fidei articulis, ne pro homine quidem & viro
Probo, ne- dum pro fratre agnoſcam. Ci. Atqui putabam ego, diem hunc
Propterea dictum, ut inter nos amicitia, pax & fraternitas
Sanciatur? Lu. Imò: nam nihil aliud volumus, nihil præter hoc ipſum quærimus,
Vt idem ſentiamus, credamus, doceamus tanquam fratres & unius patris
Cœleſtis filij: ſiquidem & nomen idem, ab eodem fratre Chriſto accepimus.
Ci. In me nihil erit moræ: modò veritati teſtimonium
Detis, neq; veſtras opiniones ſemel conceptas, mordicus
Retineatis, neq; nos inauditos condemnetis. Ca. idem & ego poſtulo.
Lu. Abſit à nobis ſtulta pertinacia: abſit iſthæc impudētia,
Vt in auditū condemnemus, aut teſtari velimus mēdaciū.
Ci. Quid igitur in nobis deſideratis potiſſimùm? num vitam culpatis,

*An doctrinam?* LU. *De vita iam nihil agemus: hoc ſatis certi,*
*Quòd ſtudia abeunt in mores: ſed amore pacis & concordiæ*
*Acquirendæ, vitam & mores veſtros interim vobis donabimus,*
*Dum de doctrina veſtra fiat iudicium. Et ſi autē multa ſunt*
*In ſcriptis utriusq; veſtrùm horrenda, & plena impietatis dogmata.*
*Præſertim de Prædeſtinatione & divina providentia:*
*De ſacramento Baptiſmi: de puerorum fide:*
*De ſubverſione imaginum. & deſolatione altarium:*
*De diebus feſtis & alijs, quæ Anabaptiſtis ad errorem ſuū,*
*Et ſeditionum turbas, latiſsimam feneſtram aperiunt:*
*Tamen cùm omnia, uno quaſi temporis articulo diſcuti*
*Et ventilari non poſsint: nunc de una tantùm quæſtione breviter*
*Agemus.* CIN. *Quænam illa?* LU. *Vtrum tu Cingli & Carolſtadi*
*Verè credatis, in cœna Domini adeſſe corpus & ſanguinem*
*Chriſti, an ſecus?* CI. *Dic tu prior, Carolſtadi.*
CA. *Dic tu prior, Cingli.* CI. *imò te decet, nam prior tu mihi*
*Viam ad hanc quæſtionem melius tractandam præparaſti.*
CA. *At ſæpenumerò diſcipuli Magiſtros ſuperant, & facilimum eſt,*
*Inventis adijcere: Itaque tu longè melius dices quàm ego.*
CI. *Dico igitur, quòd Chriſti corpus & ſanguis tam longè à cœna ſacra* Beza Apol 3. Calvinus ad Bernates.
*Remota ſint, quàm longè abeſt ſupremum cœlum à terra infima.*

CA, idem

CA. *Idem & ego dico: & contrà ſentientes, damnandos*
*cenſeo.*

LU. *Morare pauliſper, nec frænum laxa feruori tuo.*
*Nam ego contrà ſic ſtatuo: Chriſti corpus & ſanguinem*
*Tam propè adeſſe in cœna, ut propius adeſſe non queat.*

BRENT. *idem & ego ſentio, & qui contradicunt, eos falſa*
*dicere,*
*Et Chriſto ſuum teſtamentum pervertere, iudico.*

CI. *Parcius, mi Brenti: non enim prius ferenda eſt ſenten-*
*tia,*
*Quàm cauſæ fiat cognitio, & ſufficiens dijudicatio.*

BR. *Quid tu igitur adfers, pro ſtabilienda tua ſententia?*

CI. *Id audies, modò aures diligenter arrigas.* BR. *operam*
*hanc tibi dico.*

Matth.1.& 2. CI. *Principiò vobis conſtat, quòd Chriſtus verum corpus ho-*
Luc.2. *minis*
Ioan.7.Gal. *Ex virgine Maria aſſumpſerit, et nobis fratribus per omnia*
4. Eſa.7.He- *Factus ſit ſimilis, uno excepto peccato?* BR. *Hoc nemo in-*
br.2,17.4,15, *ficiabitur.*

CI. *Deinde quòd in cœlos aſcenderit, atq; inde venturus ſit*
Marc.16,16 *Ad iudicium. nam Chriſtus ipſemet de ſe dixit: pauperes*
Luc.24.51. *Semper vobiſcum habetis: me autem non ſemper habebitis.*
Act.1.[illegible].9. *Ipſemet dixit: ego relinquo mundum: ipſemet dixit: caro*
Mat.16.& 24. *Non prodeſt quicquam, Spiritus eſt qui vivificat atq; vege-*
Ioan.5. *tat.*
Ioan.12,18.
Ioan.16,28. BR. *Quid tu ergo ex his omnibus colligis?* CI. *Iſthuc ni-*
Ioan.6,63. *mirum,*
*Quòd cùm Chriſtus ſit verus homo, etiam veri hominis*
*More, uno & certo quodam cœli circumſcriptus ſit loco: ac*
*proin*

*Duob*

*Duobus aut pluribus locis, ubi panis diſtribuitur,*
*Adeſſe nequaquã poßit.* Br. Non *rectè colligis, mi Cingli.*
Ci. *Quamobrem?* Br. *Quia Chriſtus non tantùm eſt verus & merus homo,*
*Et humani corporis conditionibus, ut nos ſumus, obnoxius,*
*Sed etiam verus Deus, qui hominem aſſumpſit in unam perſonam:*
*Vt ubi ſit Deus Chriſtus, ibidem quoq; ſit Chriſtus homo,*
*Inſeparabiliter Deo coniunctus & unitus.* Ci. *Túne id dicere*
*Audes, quod nemo antehac vidit, nec poteſt fieri, tempore (uno*
*Idem homo duobus ut locis ſit ſimul?* Br. *profectò, ut loquor,*
*Ita res eſt.* Ci. *Homo hic ebrius eſt. Br. nuſquam equidem bibi.*
Ci. *Quid hoc ſit hominis, quod ſimul in multis ſit locis?* Ioan. 20.
Br. *Repetã tibi: Talis quippe homo eſt, qui ſimul eſt Deus,*
*Qui contra conditionet corporis humani, clauſas fores* Matth. 28.
*Penetravit, omnibus Euclideis demonſtrationibus* Marc. 16.
*Contemptis: qui lapidem ſepulchralem trãſivit, Ariſtotele* Marc. 6, 48.
*Longùm valere iuſſo: qui aquis marinis non aliter ac terræ* Ioh. 6, 19.
*ſolo* Matth. 14, 25.
*Inambulavit: omnibus Philoſophis neglectis.* Ca. *dictis delirantibus*
*Nos ludificas. nam quæ nec fieri poſſunt, nec fando unquam accepit quiſquam,*
*Proferre audes.* Br. *vera memoro.* Lu. *Certè veriſſima.*
Ca. *Imò falſiſſima.*
*Nam Chriſti hominis & Dei naturas confunditis,*
*More Eutychis: & hominem Chriſtum facitis Deum:*

Quis

*Qui non minus ubiq; ſit, omnia poſsit, omnia ſciat,*
*Atq; ipſe Chriſtus Deus.* Lu. *Haudquaquam: ſed credimus hominem* ? *pane*
*Chriſtum, quia verus ſit homo, certo loco poſſe adeſſe: & in*
*Exhiberi: quoniam ſeipſum verbo ſuo illic alligavit quaſi.*
*Eundem, cũ Deus ſit omnipotẽs, & inſeparabiliter homini*
*Coniunctus, uni & certo incluſum loco negamus.*
*At vos more Neſtorij, Chriſtum in duas perſonas divellitis,*
*Et Chriſtum Deum ubiq; conſtituitis: hominẽ verò in certum cœli locum*
*Compingitis: ubi miſer incluſus, neſcio quali ergaſtulo, Chriſtum Deum*
*Operiatur, dum ille per orbem terrarum diſpaciatus,*
*Et veluti rheda vngarica circumvectus, Chriſto homini res novas*
*Afferat: & quomodo pontifex Romanus ipſius vices in terris gerat,*
*Reverſus in cœlum percenſeat.* CA. *Nugas agis.* Lu. *imò vos nugamini,*
*Qui talia de Chriſto proferre & ſcribere non dubitatis.*
CI. *At antè dixeram vobis, quòd Chriſtus cœlos aſcenderit,*
*Atq; inde venturus ſit. Si ergo aſcendit, hic non eſt: ſi venturus eſt,* ( *Dei*
*Iam non adeſt.* Br. *Quæ, malùm, audacia, quòd tu verbum*
*Sic mutilas? nam quomodo aſcendit Chriſtus? an non ad dexteram omnipotentis*
*Patris ſe collocavit?* CI. *Scilicet.* Br. *At quis Dei omnipotentis dexteram*
*Loco definitam aut circumſcriptam affirmet?* Lu. *Nemo ſanus.*

*At niſi*

*At niſi ego ſcirem, quòd ira Dei ardeſcat, & viderem ipſe:* Verba Lutheri Ann. 1526. 3. octob. ſcripta
*Nullis unquam modis perſuaſus fuiſſem, poſſe tantos & tot viros,*
*Tam leviculis & nihili argumentis, tam puerilibus*
*Et ineptis rationibus adduci, & ſeduci in iſtam hæreſin*
*Tam peſtilentem & ſacrilegam. Nam quid eſt obſecro,* Inepta & futilis, & prorſus inutilis argutatio.
*Hoc argumenti: Chriſtus ſedet ad dexteram Dei,*
*Ergò corpus eius nõ eſt in cœna: Caro nõ prodeſt quicquam:*
*Ergò Chriſtus nõ eſt in ſacramẽto?* BR. *Atq; hæc potiſſima*
*Sunt illorum argumẽta.* LU. *Imò hic eſt diaboli furor.* BR.
*Audi mi Cingli,*
*An non Apoſtolus hanc rem nobis enarrans, ait:*
*Chriſtũ aſcendiſſe ſupra omnes cœlos, ut impleret omnia?* Eph. 4. v. 10.
*An non ipſemet de ſe homine dixit: datam ſibi*
*Omnem poteſtatem in cœlo & in terra? An non Chriſtus homo ſpiritum* Matth. 28. 18.
*Sanctum accepit ſine menſura?* LU. *Videlicet.* BR. *Quæ igitur impudentia*
*Aut malitia eſt, Chriſtũ alligare certo uni loco? Sicut olim* (*Tyrij*
*Simulacrum Apollinis aurea catena devinciebant, quaſi* Qu. Curtius li. 4 de geſtis Alex. Magni.
*Retenturi illum, ne urbem dèſereret, neu ad Macedones deſciſceret.*
*Sicut Romani, qui Saturnum conſtrigebant faſciâ:*
*Aut Lacedæmonij, q Marti inijciebãt pedicas atq; manicas* Alex. Neap. lib. 4. cap. 12. genial. dierũ.
*Vt illo præſente obtinerent contra hoſtes victoriam:*
*Sicut Athenenſes, qui alas ſimulacro Victoriæ præcidebãt,* Pauſonias in Laconicis.
*Ne ſcilicet ab illis avolaret: ſicut Phigalenſes,*
*Qui Dianam in Catenas conijciebant: ſicut Pontificij,* Idem in Arcadicis.
*Qui Chriſti corpus includunt ſuis ſacrarijs.* (*mi Cingli,*
CI. *Peſtis te tenet.* BR. *Imò, ego valeo & ſalvus ſum rectè,*

Nam ego Chriſtũ præſentem hominem habeo æquè ac Deũ
Math. 28,20. Cùm ſeparari non poßit: niſi cum Neſtorio inſanire velim.
Matth. 18,20. Tu verò (quantum in te atq; Carolſtadio eſt) mendacij
Ioan. 14. Illum arguis, qui dixit, ſe aſſuturũ nobis, uſq; ad finem ſe-
Matth. 24,18. culi. (meo,
Matt. 24,30. Dixit: vbicunq; duo vel tres congregati fuerint in nomine
Ibi in medio illorum ſum. qui dixit: ego non relinquam vos
orphanos.

Matth. 26.65. CI. At idem dixit, filium hominis venturum in nubibus:
Ioann 12,8. Idem dixit, quod ſe non ſemper habituri ſimus, ſicut pau-
Ioan. 16,28. peres. (ſimilia:
Abſurdæ rationes Zvvinglianorum. Idem dixit, ſe mundum hunc derelinquere: & alia his con-
Quæ Chriſti hominis abſentiam, tum à terra, tum à cœna
manifeſtò arguunt.

BR. Deliras propalàm, qui verbis Chriſti apertis vim facis:
Neq; enim Chriſtus ſe venturum dixit, quòd iam non adſit
ut homo,
Sed addidit: ſe venturũ ut Iudicem vivorum & mortuorũ:
Nam talis ille Iudex iam non adeſt. Itaq; verba mutilarier
Rom. 10. Non debent: ſed integrè adduci et ſecundum normam fidei
Interpretari: Quòd enim idem Chriſtus dixit, ſe mundum
relinquere,
Neq; ita affore, ut pauperes: quis obſecrò tam cæcus eſt,
Qui non videat, Chriſtum de ſtatu humilitatis ſuæ
Phil. 2,7. Verba facere: quod triũphata morte, Satana atq; inferno,
Deinceps ſervilem formam, qua ſeipſum exinaniverat,
Depoſiturus ſit, neq; inter homines pòſt ita obverſaturus,
Sicut inter diſcipulos atq; Iudæos obambulaverat.
Sed, obſecro te, mi Cingli, quid iſta verba Chriſto homini
derogant?

*Quem ſcimus eſſe in gloria, quem credimus aſſidere ad dex-*
*teram patris?*
*Quem ex ſacris literis didicimus, ſupra omniũ principatum* Coloſ.2.℣.10.
*Evectum, & in ſummo maieſtatis gradu collocatum?*
CA. *At ego dicam, Chriſtum, ſi omnes maieſtatis ſuæ vires* Epheſ.1, 21.
*intendat,* Martyr in
*Efficere non poſſe: ut corpus ſuum ſit ſimul in pluribus* Dialog.
*Locis!* BR. *Certè, ſi tu ita ſentis, idem omninò cum Arrio,* Blaſphemiæ
*Cum Mahumete, Iudæis & Turcis omnibus ſentis.* Calviniſtarũ
CI. *Eſto, quod dicis, & homo Chriſtus ſit ubiq; cum Deo*
*Chriſto,* *(dere*
*(Quod tamen ego neq; credere, neq; animo meo cõprehen-*
*Poſſum) quid tum poſtea? an propterea etiam ille in cœna*
*adſit,*
*Et ſe manducandũ ac bibendũ præberet?* BR. *Imò maximè.*
*Nam omnis promiſſio cadit in debitum. Promiſit autẽ ille,*
*Quòd corpus & ſanguinem ſuum nobis communicare velit,*
*Idemq; edere & bibere nos iuſſit.* CI. *Non ſemper in ver-*
*bis retinenda eſt litera,*
*Nec verba ſemper, uti ſonant, accipi debent: nam litera* 2.Cor.3.℣.6.
*Occidit, ſpiritus autem vivificat.* BR. *Quomodo igitur*
*Tu verba Teſtamenti interpretaris, Cingli?* CI. *Mihi ver-*
*bum* EST* *prorſus valet* * *EST* Cing. *impugnat*: Car. *HOC: malè COR-PVS at* Occol. ¶ *Primus* ſignificat: *Corpꝰ modò* denotat *alter.* ¶ *Tertius impoſtor Corpus fert eſſe* figuram.
*Quod* ſignificat. CA. *Et mihi pronomen* HOC *non de-*
*notat*
*Panem, ſed corpus Chriſti: quod ipſe tùm indice digito mon-*
*ſtraverat,*
*Cùm diceret hæc verba:* HOC EST CORPVS MEŨ.
CI. *Poſſet etiam* *(cepit*
*Oecolampadii expoſitio locum habere, qui per* corpus *ac-*

Figuram corporis. Lu. *vide obſecro, quàm verſipellis ſit Satanas,*

*Qui ſe tanquam Vertumnus aut Proteus in tot formas permutat?*

Matth. 26. Marc. 14. Luc. 24. Iohan. 23. 2 Cor. 11.

Br. *At quorſum opus tropologico aut gloſſario*
*Interpretamento: ubi uno ore omnes tam clarè & ſuſpicuè*
*Loquuntur? quaſi verò Chriſtus in teſtamento ſuo dilucidè*
*Loqui aut noluerit, aut non potuerit? quaſi in ultimæ*
*Voluntatis ſuæ declaratione ludificare, aut os nobis ſublinere voluerit?*

Ca. *Quicquid ſit, idem ego dico, quod mei diſcipuli,*
*Hanc doctrinam de Chriſti maieſtate excrementum eſſe ipſius Satanæ,*
*Quo Satan ſibipſi propemodum illudat.*

D. Stanichius contra 3. Apolog. Bezæ. Abominandę & execrandę Calviniani ſpiritus blaſphemiæ.

Cing. *Et ego eandem duos caudæ equinæ pilos eſſe arbitror.*

Ca. *Imò ego idem affirmo, quod Beza meus abnepos*
*Scripſit: candidæ meretricis ſuæ culum & cunnum melius*
*Olere, quàm ora illorum, qui dicunt, ſe Chriſti corpus*
*Et ſanguinem percipere.* Br. *ô æterne Deus! quæ hæc contumelia eſt*
*In Sacramentum Chriſti? Quæ calumnia eſt? quæ blaſphemia eſt?*

Lu. *Nihil te, Brenti, perturbent iſta convicia:*
*Nam quò contemtius & contumelioſius Satan*
*De Sacramento hoc loquitur, tantò nos religioſius*
*Veneremur & colamus.* Br. *an non Evangeliſtæ omnes & Paulus Apoſtolus*
*Expreſſiſſimè ſcriptum reliquerunt, Chriſtum dediſſe Diſcipulis*

*Corpus*

*Corpus ſuum & ſanguinem ſuum? Annon panis, quem frangimus,* 1.Cor. 10, 10.
*Communicatio eſt corporis Domini? An non vinum, quod bibimus,*
*Communicatio eſt ſanguinis Domini?* CAR. *Quomodo Chriſtus ſeipſum dederit alijs*
*Manducandum ac bibendum?* Br. *ſuis ſeipſum manibus portavit,*
*Sicut Auguſtinus loquitur.* Ca. *Quas malùm nugas agis? ſatin' tu ſanus es,* (*ſuum*
*Qui iſthæc dicas, quæ nemo hominũ credat? nam quis Deũ*
*Devoret in cœna? quis ſanguinem illius bibat?* Br. *Noli tumultuari Carolſtadi:*
*Nam multa ſunt, quæ rationi adverſantur, vera tamẽ ſunt & verbo Dei*
*Nituntur: Itaq; non ingenio humano, ſed vera fide apprehendenda ſunt.*
*Quid enim tam abſurdum dictu, quàm aquâ peccatum ablui?*
*Quid tam abſonum, quàm eſu pomi totũ genus humanum in æternum exitium*
*Præcipitari?* Lu. *Ah mi Brenti, Carolſtadius cum Averroe ſentit:* Averrois error blaſphemus.
*Qui cum à religione Chriſtiana deſciviſſet,*
*Non erubuit dicere: non eſſe genus hominum ſub ſole ſceleratius,*
*Quàm ſint Chriſtiani, qui ſuum Deum dentibus conterãt.*
Ca. *Sanè hoc non malè dixit Averroes.* Lu. *Imò peßimè.*
*Nam Chriſtus ipſe dixit, Accipite & comedite:* Hoc eſt corpus meum.

Verba Carolſtadij.

Carol. *Atqui hoc perinde eſt, ac ſi quis dicas: Accipite manum*
*Plenam hordei, & manducate in nomine Dei,*
*Et ſic ab omnibus peccatis liberabimini.* Br. *Chriſtus non iuſsit hordeum*
*Comedere, ſed corpus ſuum, & ſanguinē percipere ſub pane & vino.*

Horrenda Zvvinglianorum dicteria.

Car. *At quinam vos eſtis Thyeſtæ? qui carnes humanas Comeditis?*
CI. *Et qui Anthropophagi, qui hominē dētibus diſcerpitis?*
Car. *Quales Cycoples?* CI. *Quales Canibales?* Car. *Quàm immanes Deivori?*
CI. *Quàm horribiles Hæmatopotæ?* Car. *Quinam Capernaitæ?* CI. *Qui Sarcophagi?*
Car. *Et quis Deus iſte paniceus?* CI. *Et quis Iuppiter iſte Elicius?*
Car. *Chriſtus impanatus?* CI. *Chriſtus toſtus & piſtus?*
Car. *vbiq; præſens in omnibus*

Increpet vos Deus ô Satanæ filij.

*Cloaicis, foricis, latrinis?* Lut. *Abeamus hinc, mi Brenti, priuſquam*
*Fractus illabatur orbis: & cervices horum obruat:*
*Sicut olim Cerintho, & qui unà in balneo aderāt, accidit,*
*Nam quid cum ijs ages, qui neq; metuunt Deum,*
*Neq; illos reſpicit Deus?* BREN. *Ego ad meum revertar Principem,*
*Et quos habeamus fratres Cinglianos, ei referam.*
NB. *Nam cum hiſce teſtamentorum violatoribus & perfidis*
*In Deum hominibus ad cōmune ire conciliū, mihi grave eſt.*
Lu. *Idem & ego referam Saxoniæ Electori, & Philippo Landgravio,*

Cui

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0056-9

*Cui Cinglius ſuum de prædeſtinatione & providentia*
*Librum inſcripſit. Vale, mi Brenti, & literis tuis*
*Interea me compella.* Br. *Vale, præceptor optime,*
*Et de me diſcipulo tuo omnia tibi ſtudia atq; obſequia promitte,*
Ci. *Ego verò Calvinum accedã, ipſumq; ad dogmatis mei*
*Defenſionem inſtimulabo.* Ca. *Idem ego quoque in Oecolampadio*
*Exſuſcitando faciam, omnes nervos ingenij intendam.* Br. *erit olim, erit,*
*Vbi vos facti veſtri pœniteat, ſicut Berengarium patrem*
*Veſtrum, qui & ipſe veram Chriſti in cœna præſentiam,*
*Eodem planè, quo vos, modo, negavit. nam is in lucta mortis* Gerſon in li. cõtra Amãt. de Roſa, & ſerm. 1. de cœna Domini.
*Perductus in extremam ſalutis deſperationem, Deus meus,*
*Exclamavit, Deus meus, tu hodiè mihi apparebis aut ad meam*
*Salutem, ſicut ſpero, aut ad damnationem meam,*
*Sicut timeo: propter eos, quos perverſa doctrina mea*
*A tramite veritatis ſeduxi: ſed utinam mentiar, & vos reſipiſcatis!*
*Nunc eo, quò me iturum dixeram: ſed hic quis eſt, qui tam magnificum huc infert gradum?*

---

## ACTVS III. SBENA IIII.

### SCHVVENCOFELDIUS, BRENTIUS.

MIRIS *modis dij ludos faciunt hominibus,*
*Mirisq; exemplis ſomnia in ſomnis exhibent:*
*Velut ego nocte hac, qua præterijt, proxima*
*Mirum atq; inſolitum ſomniavi ſomnium.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0057-5

Br. *Nimirum hic Schvvencofeldius eſt, qui ſomnia*
*Sua nobis narrare incipit.* Svvencof. *Nam mihi per quietem*
*Viſus ſum aſpicere gregem ovium candentium,*
*Et nivea lana albicantium, neq; ullam nigram,*
*Easq; in lætis errare paſcuis, per nemora & iuga*
*Celſorum montium, cœli apicem fermè tangentium:*
*Me verò fiſtulâ eas mulcere, & dulciſsimo*
*Carmine Deum inter oves laudare, velut eſſem angelus.*
Br. *Aut Polyphemus ille cyclops inter Siculas oves,*
Su. *Nunc ad quam rem pertinere illud ſomnium*
*Dicam, promptum eſt mihi, ut qui hactenus oves*
*Lutheri & Cinglij, tum Romani Pontificis*
*Atras cognovi omnes, ſolas meas candidas*
*Et ab omni labe & macula alienas.* Br. *ſcilicet*
*Tam candidas & niveas, quàm carbo eſt cyclopicus.*
Su. *Et quia ſolus ego Chriſtum novi, & ſcio quis ſit: ideo*
*Iuga montium, hoc eſt, vertex eccleſiæ meæ*
*Cœli apicem & inacceſſam lucem attingere*
*Videtur.* Br. *Perinde ut muſca Elephantum exæquat.*
Su. *Tum verò fiſtula ſuavitatem oris mei*
*Et blandiloquentiam linguæ meæ denotat.*
Br. *Imò cicadæ ſtrepitum, aut Aſini ruditum potiùs.*
Su. *Quis loquitur?* Br. *Ego ſum.* Su. *Ehodum, Brentius eſt:*
*Non videram.* Br. *Quæ tu hîc nobis recitas inſomnia?*
Su. *Ioſephi ſomnijs ſimilima?* Br. *Si dijs placet.*
Su. *Vah! nunquid irrides?* Br. *Quid rideam? imò ego doleo,*
*Et calamitatem horum temporum ex animo defleo.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0058-0

Suenc. *Quamobrem?* Brent. *Quia iam non ſatis turbårum erat,*
*Niſi tu nobis novas dares* Su. *Quas turbas, mi Brenti?*
Br. *Eas nempe, quas libris tuis & ſomnijs tuis paßim excitas* Su. *Quibus libris?*
Br. *Quaſi neſcias, quid nuper ſcripſeris in libro de Evangelio regis cœlici.*
Suenc. *Nihil equidem, niſi quæ vera ſunt, & negari haud queunt.*
Br. *Imò contumelioſa in Deum & verbum Dei, & optimos quoſq; miniſtros*
*Eccleſiæ.* Su. *Quomodo?* Br. *Nam non ſatis*
*Erat, quòd* LASKO *vaſtator Angliæ,*
*( Viſitator dicere volebam ) nos agère reos,*
*Quaſi Baptiſmum pro* DEO *habeamus: niſi*
*Tu etiam de nobis ſcriberes impudentißmè,*
*Quòd ex ſacra ſcriptura faciamus Deum,*
*Et concionatores in ſedem & locum Dei*
*Ipſius collocemus.* Su. *Cur igitur vos concionibus*
*Veſtris tantum tribuitis, quaſi per illas ſpiritus*
*Sanctus & beneficia cœleſtia dentur hominibus?*
*Cur lotioni veſtræ & aquis adſcribitis,*
*Quod unius eſt Dei? Cur pani & vino datis,*
*Quod à ſolo Dei ſpiritu proficiſcitur?*
*Non ſolius Dei opus eſt. iuſtificare impium:*
*Convertere ad bonum à malo, regignere,*
*Et gratiam conferre, etiam non rogantibus.*
Br. *Audi, bone vir: & diſce res aptè diſtinguere,*
*Non à ſe invicem divellere & diſcerpere:*
*Quippe aliud eſt vox miniſtri Eccleſiaſtici,*

*Aliud virtus divina, quæ per ipſum agit.*
*Sonora vox aures ferit, vis Dei mentem afficit.*
*Nam ſi Chriſtus miniſterium verbi inſtituit,*
*Et Evangelium annunciare iuſsit omni populo,*
*Et diſcipulis poteſtatem ligandi & ſolvendi dedit:*
*Si Apoſtoli eandem poteſtatem ſucceſſoribus*
*Tito, Timotheo & alijs largiti ſunt: ſi deniq;*
*Id credi non poteſt, quod auditum non eſt: & ſine*
*Miniſtris verbi nihil audiri poteſt: quomodo*
*Chriſti gloriæ & honori vox ſervi deroget?*
*Quomodo is, qui laudes Dei populo annunciat,*
*Eumq; ad obſequia Deo præſtanda exhortatur,*
*Illius gloriam obliteret? Satin' ſanus es,*
*Qui iſtuc dicere & ſcribere non reformidas?*
SV. *Ita ſum, ut vides.* BR. *Paulus Timotheo dixit,*
1. Timoth. 4, vſ. final. *Si teipſum & doctrinam tuam probè obſervaveris,*
*Et teipſum ſalvum facies, & eos, qui te audiunt.*
*Nunquid tu dicis, Timotheum Chriſto ſuam gloriam*
*Præripere?* SV. *Non dico: ſed volo Chriſto ſuum*
*Decus aſſervari, ut qui ſolus poteſt ſalvos facere.*
BR. *Concedo ſanè: ſed Chriſtus operâ utitur*
*Hominis, quem ad verbum prædicandum vocat.*
*Nam ſi nulli ſint miniſtri Eccleſiæ,*
*Quis electos Dei baptiſmo initiabit?*
*Quis Sacramentum cœnæ adminiſtrabit populo?*
*Quis peccatori viam monſtrabit, quâ ad cœlum*
*Perveniat?* SV. *Atqui iam iſtis rebus nihil eſt opus,*
BR. *Quamobrem?* SV. *Quia Chriſtus ſine adminiculis*
*Rerum Elementarium ſuam contribuit gratiam.*
*Quæ enim iſta ſervitus, Deum alligare terreſtribus?*

BR. Tu, quantum video, in ſacris minus vides quàm talpa:
Nam Chriſtus aquæ Baptiſmi, quâ regignitur
Et renovatur homo, ſemetipſum alligavit.
Semetipſum pani & vino devinxit, non nos homines.
SV. Imò ipſemet Chriſtus hoc refutat, qui ſuum
Baptiſmum à Baptiſmo Ioannis diſtinguit apertiſſimè. Matth. 3, 11.
Etenim Iohannis Baptiſmus fiebat aqua, Marc. 1, 8.
Chriſti autem Baptiſmus fiebat à ſpiritu. Luc. 3, 16.
Quare non eadem eſt utrobiq; ratio & gratia Iaon. 1, 13.
BR. Certè Ioannis Baptiſmus fiebat pro gratia Actor. 1, 11. 16.
Et venia atq; remiſſione peccatorum, quæ ſpiritus
Sancti nomine haudquaquam ſpoliari debet aut poteſt:
Itaq; non nuda venit aqua in Baptiſmo Ioannis,
Sed aqua coniuncta cum ſpiritu Dei.
Nam quod Chriſtus dicit, ſe baptizare ſpiritu
Et igne, non facit duos baptiſmos: ſed tantùm
Loquitur de peculiaribus donis ſpiritus ſancti, Actor. 2. & 2.
Quæ præ cæteris mortalibus in feſto pentecoſtes & 3.
Igni & vento conceſſa fuerunt Apoſtolis.
SV. Quæſo te Brenti, diligenter attende, quid dicas,
Neq; vocem hominis peccatoris nimiùm efferas:
Neu ſupra Chriſtum, qui eſt Dominus, ſervum evehas. 1. Cor. 11, 3.
Nam ſi Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, tanquam corporis: Epheſ. 4, 15.
Quorſum opus eſt intermedio quodam adminiculo? 5, 23.
Si Chriſtus vitis eſt, & nos illius palmites: Coloſ. 1, 18.
Dicas tu mihi medium inter vitem & palmitem? Ioh. 15. 1. & 5.
BR. Ego dicam tibi: annon corpus capiti iungitur,
Et à capite regitur per vitales & animales ſpiritus?
SV. Imò. BR. Annon vitales illi ſpiritus
Cibo ac potu conſervantur? SV. imò maximè.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0061-7

BR, *Et quis alius eſt cibus animæ, quæ Chriſto iungitur:*
*Tanquam corporis membrum ſuo capiti, quàm vox Dei?*
Deuter. 8, 3. *Neq; enim ſolo pane vivit homo, ſed quolibet*
Matt. 4, 4. *Verbo promanante ex ore Dei? quin etiã vites ac palmites*
*Suum habent medium.* SV. *quodnam?* BR. *Dicam tibi:*
*Annon vitis producit palmites, vinitoris operâ?*
SV. *Imò: niſi enim vinitor adſit, qui plantet, qui inſerat,*
*Vitis concidet.* BR. *Euge! annon putas tu, ſublato mini-ſterio*
*Verbi, multos homines perituros, qui voce miniſtri,*
Ioan. 15. *Tanquam agricolæ, viti Chriſto, veluti palmites*
*Nunc inſeri poſſunt? Nam hoc eſt, quod dicit Apoſtolus:*
1. Cor. 3, 6. *Ego plantavi: Apollo rigavit: Deus incrementum dedit.*
SV. *Rectè: ſi enim Deus incrementum dedit, Apoſtolus*
*Non dedit, & fruſtrà vos ea, quæ ſunt Dei, tribuitis*
*Homini.* BR. *vim cœleſtem & motus cordis*
*Homini non tribuimus, ſed renovantis Dei*
*Opus eſſe dicimus, ſuam dantes gloriam Deo.*
*Tu autem quid dicas, aut quid ſentias, ipſe ignoras:*
*Nam ſpiritus vertiginis te miſerè circumrotat.* (ſiet
SV. *quid mihi tecum negotij? qui Chriſtũ neſcis, neq; quis*
*Cognitum habes.* BR. *Iſthuc me magnus prohibeat Deus:*
*Nam ſi ita ſit, ut dicis, ego miſerè perierim.*
Ioan. 17, 3. *Eſt enim hæc vita æterna, ut Deum patrem, & quem ille ad nos miſit filium*
*Agnoſcamus.* SU. *At ego te manifeſtè teneo in noxa* BR. *Quomodo?*
SV. *Quia tu ſcribis, Chriſtum eſſe creaturam, qui tamen à ſpiritu* (nus eſt:
*Sancto* [a] *conceptus eſt, qui omniũ rerum creatarum Domi-*
*Qui*

Qui ad dextram Dei b locatus eſt: qui nomē accepit ſupra
Omne c nomen: qui oleo lætitiæ d inunctus eſt: qui primo-
genitus e eſt
E mortuis: qui noſter ſupremus Pontifex f eſt: qui media-
tor g eſt
Inter hominem & Deum. Br. Vera omnia commemoras.
Su. Quomodo igitur iſthic, qui talis eſt, creatura ſit?
Br. Obſecro te, reſpōde mihi, quod te rogo. Su. quid rogas?
Br. Habet ne Chriſtus verū corpus et animā, ut alius homo?
Su. Non ſanè, ſed habet corpus humanū coniunctū cū Deo,
Br. Sed eſt ne verū illud corpus, quod cum Deo unitum eſt?
Su. Ita crediderim. Br. an id attulit ſecū in terrā cœlitus?
Su. Nequaquam. Br. Igitur ex beata virgine Maria aſ-
ſumpſit? Su. Equidem.
Br. Et principium habet originis ſuæ? Su. Omninò habet,
Br. Quomodo igitur creaturam eſſe negas, quod ex homine
Natum eſt: quod verum eſt corpus: quod habet originem?
Su. Fortaßis hoc modo genus iſtud dicendi admitterem,
Sed illos ferre non poſſum, qui per humanam naturam,
Neſcio quā ſervilē formam intelligūt, quā Chriſtus induit.
Dicunt enim, hominē Chriſtum aliorū quorumvis hominū
Similem, circumſcriptū loco, finitū, multarū rerū neſciū,
Et haudquaquam omnipotentem. Br. At tu cum illis,
Qui hoc dictitant, expoſtula, ut voles, nam mecum fruſtra
Litigabis, qui iam pridem à Cinglianorum ſententia
Abhorreo. Su. Ego certè tantum ab illorum opinionibus
Dißideo, ut credam inter hominem Chriſtum & patrem
Nihil intereſſe. Br. Nihil? Su. Nihil prorſus: nam Chri-
ſtus ex ſemine
Patris homo natus eſt., Br. Ergo non ex Maria virgine?

SV. Imò

b Pſalm. 110. 1. Matth. 22, 44. Mar. 16, 19. Lucæ 22. 69. Act. 7. 56. Rom. 8. 34. Eph. 1, 20. Col. 3, 1, Heb. 1, 3, 13. 10, ℣. 12. 12. ℣. 2. 1. Pet. 3, ℣. 22.
c Philip. 1. 10.
d Pſalm. 44. 8. Hebreorū 1. 9.
e Col. 1, 15. & 18
f Hebr. 2. ℣. 17. 3, ℣. 1. 4. 14. 5, 5. 6, ℣. 20. 8, ℣. 1.
g 1. Timot. 2, 5.

Matth. 1.
Luc. 1.

Su. Imò, ſed conceptus à ſpiritu ſancto, & ſic Deificatus homo.

Aliâs ſecundum humanam naturam patri per omnia
Non ſit ſimilis. Br. Ah, obſecro, ſi talis eſt homo
Chriſtus, quomodo potuit pati & mori? Su. At tùm nondum erat in gloria.
Br. Deum immortalem! quæ iſthæc Lerna hæreſeon!
Quæ miſera ſchiſmatum facies? nam quæ vetus eſt hæreſis,
Quam Satanas cum Luce Evangelij non reſuſcitet?
Anabaptiſtæ novi ſunt Novatiani & Cathari.
Manichæi, Flacciani: Neſtoriani, Cinglius
Et Carolſtadius: hic Svvencofeldius alter Eutyches.
Apage hinc, cum execranda tua hæreſi, vir peßime.
Su. Tu homo ſpiritus ſancti oracula & mea ſomnia
Non intelligis: abeo. Br. Abi, quo dignus es. Ego hanc rem ad principes
Germaniæ referam, ut novo huic Eutychi manibus
Pedibusq́ʒ reſiſtant, ne quid damni capiat Eccleſia.
Sed prius Dux VVirtembergicus conveniendus eſt mihi,
Nam is hodiè ad concilium Tridentinum me dimittere
Conſtituit. Ibo equidem, & pro Chriſti honore caput meũ
Mille hoſtium telis opponam: quàmdiu vires mihi Deus dederit.

## CHORVS III.

### PRO AGNITIONE VERITATIS.

LAus ſit Deo ter maximo,
Pro luce verbi cœlici,
Quam ſeculi prudentibus
Pater ſupremus abdidit:

*Et parvulis nepotibus*
*Detexit æquo numine*
*Myſterium reconditum,*
*Per filium ter optimum:*
*Patris ſinu qui protulit,*
*Quæ ſit voluntas cœlica,*
*Et ſpiritu fulcit ſuo*
*In veritatis lumine.*
*Tibi Deo ſit gloria,*
*Quod ſpiritali gratia*
*Nos eligis pro cæteris,*
*Chriſti cohæredes tui:*
*Concede nobis iugiter,*
*Vt ſimplices & parvuli*
*In veritatis ſemita*
*Perſtemus uſque firmiter:*
*Et ſenſa mentis propria*
*Et pectoris ſcrutamina*
*Captiva ducamus, tui*
*Ad obſequelam numinis.*
*Qui dona das mortalibus,*
*Ad dexteram ſedens Patris,*
*Fili DEVS ter-maxime,*
*Tu corda noſtra illumina:*
*Vt quæ videmus per meras*
*Imagines ænigmatum,*
*Cernamus olim clariùs,*
*ÆEvo perenni immobiles.*

## ATTVS IIII SCENA I.

### ARGUMENTUM.

Scenæ I:
DEr Teuffel in eins Münchs geſtalt/
Mit ſeinen Liſten manigfalt
Kompt auch auff die ban gantz frölich/
Daß ſo viel newer Secten ſich
Auff Gottes Wort gerichtet her/
Durch Zwingels vnd Schwenfeldes Lehr.

Scenæ II.
BAld kommen auch die erſten Bawren/
Der ein leſt ſich kein Arbeit dauren/
Den andern zu bringen auff die bahn
Damit er werd ein frommer Mann.
Der Teuffel an jhm nichts vermag/
Weil er kein ſchlechte Hoffnung trag
Zu Gott/vnnd ſo einfaltig blieb/
Den andern auch gern darzu trieb/
Daß er nicht newe ding ſolt glauben/
Vnd ſich deß alten Brauchs berauben.

Scenæ III.
DEr Bapſt mit ſeinen Cardinaln/
Biſchoffen vnd Pfaffen vberalln
Zu Trient helt ſein Concilium/
Darinn verdampt er in einer Summ
All Luthriſche/Zwingliſche vnd dergleichen/
Die ſollen jhm nur alle weichen
Dem Teuffel thut ers all ergeben/
Dieweil ſie jhm nicht ghorchen eben.

Scenæ IIII.
BRentz ſagt dem Luther newe Meer
Vom Trientiſchen Concilio her/
Dann er allda erſchienen was/
Luther jhn zvor berichtet das/
Wie Carolſtad ein end hab gnommen/
Vnnd Zwingel in einer Schlacht vmbkommen/
Wie all Ertzketzer in einer Summen.

SATANAS.

PROH Iuppiter, ut mihi, quicquid ago, lepidè omnia proſpereq́; eveniunt! De hęreſibus in Eccleſia, Diabolus, ſibi gratulatur.
Neq; quod dubitem, neq; quod timeam, meo in pectore conditum eſt conſilium.
Nam poſtquam Lutherus ſuis ſcriptionibus Miſſam pontificiam,
Regni mei nervũ, evertit: ego ſtatim id agere cœpi per meos
Satellites, ut Lutherani omni ſacramento orbentur, neq;
In cœna Chriſti quicquam habeant reliqui, præter nuda ſymbola:
Et quia una ſpecie contenti eſſe noluerunt, dedi operam,
Vt neutra nunc poſſint perfrui. cumq́; ſanctos illi non invocent, (tollere,
Ego memoriam illorum, omnibus ſtatuis abolitis, prorſum
Et priùs ex oculis, quàm animis, evellere cultum fictitium
Aggreſſus ſum. Id adeò per Carolſtadium & Cinglium,
Amicos meos ſummos atq; optimos, effeci: neq;
Sanè ingratus fui illorum meritis.
Nam Carolſtadium ante paucos dies Baſileâ abripui,
Et mecum ad inferos in ſtygiam paludem deduxi:
Vbi proximus Arrio infandis torquetur cruciatibus.
Ope Cinglij bellum feci Tigurinis & Lucernatibus,
Vbi in prima acie fortiter dimicans occubuit Cinglius:
Eum ego cruenta cæde madidum ad orcum avexi,
Et Berengario ac VViclefo à latere collocavi, quaſi
Inter-medium: ne dubium mihi, quin Bezæ auxilio & ope
Bellum excitaturus ſim maximũ, & plebem adverſus principes (ſacra.
Suos ad arma protruſurus. Scitis enim, mea ſi commovi

*Quo pacto & quantas ſoleam turbas dare!* (ter,
*Neq; verò meas res trepidè ago: ſed confidenter atq; alacri-*
*Nam ea ſtulticia eſt, facinus magnum timido cordi crede-*
*re. equidem*
*Omnes res perinde ſunt, ut eas ſagas, ut magnifacias. nam*
*ego in meo*
*Pectore paravi copias duplices, triplices dolos,*
*Mille perfidias: & ubicunq; cum hoſtibus congredior, ſocio-*
*rum meorum*
*Virtute fretus dicā & faciā, malitia & fraudulentia mea,*
*Hoſtes ut vincam: perfidijs meis perduelles ut ſpoliem meos.*
1. Pet.5, 8. *Ego enim ſum leo ille rugiens, qui paßim locorum circum-*
*curſitat:*
*Avidè quæritans, quem devoret: Ideò moneo vos, qui hîc e-*
*ſtis boni,*
*Quiq; ætatem agitis cum pietate & fide: à me ut caveatis.*
*Si qui veſtrûm me alium eſſe credunt, ac ſum, illi pedes hos*
*meos*
*Et digitos aſpiciant, & caput hircinis cornibus:*
*Quas ego partes nunc temporis celandas iudico,*
*Vt ne pateſiant fraudes & doli, quos molior.*
2. Cor. 11, 14. *Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini,*
Matt. 8, & 15. *Quòd ego huc proceßi cum habitu Monaſtico,*
*Veterem quidem, at nunc rem novam ad vos proferam:*
*Propterea ornatus in novum incedo modum.*
*Nam quoties in aliquem hominem tragulam inijcere paro,*
*Non oſtentare ſoleo larvā infernalē aut fœdam imaginem:*
*Sed in Angelum lucis me transformo, ſicut monachi ſolent.*
Monachorū mores. *Qui cùm ſint lupi rapaces, ovina pelle ſe tegunt.*
*Itaq; illorum more in monachi me converti imaginem:*

*pectore*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0068-6

*Omnesq́ eum me eſſe dicent, quicunq; me viderint:*
*Neq; quiſquam me quæret, qui ſim, aut quid venerim?*
*Sed ita aſſimilabo me, quaſi monachus ſim.*
*Et quoniam Monachi formam in me cepi & ſtatum,*
*Decet & facta & mores eius habere me ſimiles.* Monachorũ mores.
*Itaq; obſtipo capite, oculos humi defigens, & terram intuens,*
*Poſthac me ſimplicem, aſtutumq́; & callidum effingam.*
*Animum leoninum vulpina contegam: nunc autem primò omnium*
*Inimicum meum Brentium exagitabo lepidè,*
*Et filium meum Romanum pontificem dehortabor,*
*Ne ad concilium admittat illum, néve audiat:*
*Sed omnes hæreticos (quos ille hæreſiarcha pro talibus*
*Agnoſcit) anathemate feriat: Tum verò ſectarios,*
*Præſertim Lutheranos, igni cremandos ſubijciat:*
*Nam de his magis ſum ſollicitus, ut è medio*
*Tollantur: quandoquidem ſua doctrina plus mihi nocent,*
*Quàm Cingliani, Anabaptiſtæ, & reliqui eius generis*
*Homines, cum toto pontificio grege: qui quidem*
*Apoſtolicam Lutheri doctrinam reijciunt, quavis die*
*Catervatim in regiam meam deſcendunt: & cum unus Charon*
*Nuper ſuffeciſſet, tranſvehendis omnibus regni mei hæredibus:*
*Nunc, poſtquam Cinglius & Carolſtadius ſcriptitant,*
*Vix ſufficiunt decem rates. Sed quinam hi duo Ruſtici?*
*Quò-nam tendunt? aut quid inter ſe conſuſurrant? iam non queo*
*Tranſire, quin conſiſtam, & blandè utrumq; alloquar.*

## ACTVS IIII. SCENA II.

MENALCAS: CORYDON: SATANAS.

QVID igitur faciam, Corydon? aut quémnam ſequar?
Maneámne Papiſta? an fiam Cinglianus? an magis
Lutheranus? an Anabaptiſta & monetarius?
An more Svvencofeldij arcanam revelationem
Veritatis ex antro Trophonio, aut tripode Apollinis
Expectem? Quid cenſes? CO. Nihil ad me iſtæ controverſiæ,
Nam patres mei docuerunt me, Patrem,
Qui in cœlis eſt, invocare: & credere in Deum
Patrem, qui me creavit: Filium, qui me morte ſua
A peccatis meis redemit: & ſpiritum ſanctum, qui me
Sanctificat, & verbo ſuo rectè illuminat.
SA. Malè pereas, cum iſta religione tua, ſcelus?
ME. At meus me ſacerdos longè aliter docet,
Et Lutherum tradit Satanæ: Lutheranus eum
Contrà: Cinglianus utrumq; damnat: ſinguli item
Scripta Canonica pro ſe citant. CO. Nihil
Te commoveat, dummodò tu ſaluti tuæ rectè conſulas.
Et veritatem aſſerves, dum potes: ne miſerè pereas,
Nam dum illi paribus armis congrediuntur, & ſinguli
Divinis pro ſe dimicant oraculis: tu dubius
Atq; incertus relinqueris, quem ſequare. ME. AEdepol.
CO. Ita fit, ut quicquid delirent paſtores, plectũtur greges.
ME. Abſit Corydon. nam ſi falſa nos docuerint, ipſi viderint:
Neq; enim nos pro illis, ſed illi pro nobis rationem reddere
Diabolicum Cogentur iuſto iudici. SA. Iſthic ſermo mihi placet:
PLACET. Iam ego palmariũ huic dedero. CO. Reddent illi quidem,
Sed

Sed non ſine damno noſtro. nam ſi rationes non congruunt
Interitus quidem noſter de manu illorum requiritur. Ezech. 3.18.
Sed nos nihilominus occidimus. Me. Imò pœnas illi dabũt 20.
Pro nobis: & veniam nos conſequemur ignorantiæ, (ca;
Vt qui meliora ab ijs edocti nõ ſimus. CO. Ah erras Menal-
Si iſtuc credas: neminem hîc excuſabit ignorantia,
Sed ſuo quiſq; ſtabit iudici. neq; enim illi, qui vera te docẽt,
Pro te ſalutẽ acquirẽt ſempiternã: nec, qui falſa docuerint,
Pro te cruciatum ſuſtinebũt Tartareũ. tua res hîc agitur,
De tuo corio luditur. Sa. Dij tibi malè-faxint ruſtice,
Qui Menalcam à me seducturus es, niſi ego cavero,
Et vos ambos ſimul decepero. Me. Me miſerum, qui iſthæc
ignoravi hactenus!
CO. At nunc ſcies deinceps. Sa. Tempus adeundi eſt: com-
pellabo & alloquar.
CO. Quis hîc eſt? Sa. ehodum amici, quid agitur? quid ſta-
tur in hunc modum?
Me. De religione nobis ſermo eſt, mi Franciſcane. Sa.
Quid ad vos religio,
Qui mundo vivitis? cur hanc curam non imponitis
Nobis monachis, qui noctes & dies pro vobis apud Deum
Noſtris precibus intercedimus, & vigilamus, dum vos ſter-
titis?
CO. Ah mi Franciſcane, Deus nos æquè orare iuſſit:
Et verbum ſuum colere, & vocem paſtoris audire oves Iohan. 8.
Voluit. Sa. Eho! nunquid & tu Lutheranus es ſectarius?
Nam iſthæc oratio ex libris hæreticorum proficiſcitur.
CO. Non ſum hæreticus, nam Chriſtum paſtorem ſequor.
Sa. Vtiq; & vicariũ illius? CO. Quinam ille ſit vicarius?
Sa. Romanus põtifex, vir ſanctiſsimus, Dominus & pater.

Matth. 23. Co. *Patrem in cœlis habeo. qui me creavit hominem,*
*Et liberatorem Chriſtū, qui me à peccatis ſuo precioſo ſanguine*
*Redemit: & ſpiritum ſanctum, qui me ſanctificat. In his*
*Terris nullos ego novi ſanctiſsimos, nullos conſcientiæ*
*Meæ Dominos, nullos in negotio fidei patres.*
Sat. *Proh Deum! tu homo, quantum video, atra bile percitus es:*
*Qui neq; patrem Romanum pontificem, neq; matrem Eccleſiam*
*Agnoſcis: & rudis myſteriorum Chriſti, te ipſum & alios*
*A via veritatis ſeducis.* Co. *Pol ego iſthuc haud facio:*
*Nam cum Eccleſia Catholica duodecim fidei articulos*
*Profiteor & credo: Eccleſiæ per Baptiſmum initiatus ſum:*
*Cum Eccleſia patrē cœleſtem, ex præſcripto Chriſti, invoco:*
*Cum Eccleſia ſacramentum Chriſti, ſicut ille voluit*
*Et ordinavit, ad fidem roborandum mihi uſurpo:*
*Cum Eccleſia ſecundum Decalogum vitam meam inſtituo:*
*Cum Eccleſia claves regni cœleſtis, veniam ſcilicet*
*Delictorum & culpæ, ex verbo Dei prædicato, mihi arripio.*
*Hæc mihi ſufficiunt: amplius neq; requiro, neq; ſolicitè*
*Inveſtigo.* Sa. *Oh! nimiùm facilem tibi perſuades viam*
Obiectio Diaboli Papiſtica. *Ad oſtium cœli: nimiùm tibi ipſi fidis, mi Corydon.*
*Nam haud ita latâ viâ ad cœlum tenditur: ſed multò anguſtior*
*Callis, multò ſalebroſior trames eſt. qui illò nos ductitat.*
Co. *Quomodo, mi Franciſcane?* Sa. *niſi enim meritis ſanctorum*
*Suffulciaris, qui pro te intercedant apud Deum precibus ſuis:*

*Niſi meo*

*Niſi monachorum ieiunijs & deprecationibus Deo*
*Reconcilieris, quem tu peccando offendiſti ſæpius:*
*Niſi miſsis ſacerdotum quotidianis ex igne purgatorio*
*Eripiaris: fruſtrà in meritum Chriſti ſpem tuam erigis,*
*Fruſtrà ſacramentorum niteris ſtulta confidentia.*
CO. *de his rebus nihil nos docent ſacræ literæ. Proin* Refutatio ſatis evidens.
*Valeas tu cum miſsis tuis, cum preculis tuis,*
*Cum ieiunijs tuis, cum ſanctorum tuorum meritis,*
*Cum igne purgatorio, valeas inquam: nam mihi ea, quæ dixi,*
*Ad conſequendum vitam æternam ſufficiunt. abeo.*
SA. *Nunquid tu idē ſentis, Manalca?* ME. *Ego certè, quid ſentiam, neſcio.*
SA. *Annon avus tuus miſſas audivit?* ME. *ſic arbitror.*
SA. *Et nobis monachis prata & agros legavit?* ME. *næ plurimos.* Alia aſinina Papiſtarum obiectio.
SA. *Scilicet, ut pro illo noſtris ieiunijs & precibus*
*Deum interpellaremus?* ME. *equidem ſic arbitror.*
SA. *Nónne pater tuus ad Divam Mariam peregrinatus eſt?*
ME. *Imò ſæpius.* SA. *nimirum ut illam ſibi deprecatricem apud*
*Deum, & patronam pararet?* ME. *equidem ſic arbitror.*
SA. *Credisne tu, illos ævo ſempiterno cum ſuperis frui?*
ME. *Credo equidem.* SA. *Nunc ergo, ſi conſilium vis bonū,*
*Mihi pare, & illorum veſtigijs inſiſte, & unà cum ipſis*
*Vitam aſſequeris ſempiternam.* ME. *Ita faciam per Deū,*
*Et te oro magnoperè, ut unà cum fratribus tuis*
*Franciſcanis pro me diligenter Deum invoces.*
SA. *Fiet.* ME. *abeo.* SA. *Sic nempè ineſcandi ſunt homines,*
*Qui ſimplici verbo Dei nolunt acquieſcere.*

*Et ſublimiora rimantur, quam captus hominis ferat.*
*Ego novi iſtorum ingenia: & quid rationi ſit congruum,*
*Optimè animadverto. Itaq; Romanum hodiè vicarium,*
*Patrem meum, aut filium potius, miris ludificavi modis.*
*Nam ipſe vana opinione inflatus perſuadet ſibi,*
*Quòd omnia iura divina atq; humana in ſcrinio*
*Pectoris ſui recondita ſint. Sed videon' eum?*
*Certè ipſus eſt. ad conſeſſum conciliij huc advenit. (cor,*
*Proh Iupiter! ut lætus ſum, quoties ipſum ita geſtari cõſpi-*
*Et oſcula pedibus illius affigi video! nimirum ſolus hic*
*Regnum meum mille annis plus auxit, quàm alius ante*
*Chriſtum natum*
*Duobus aut tribus annorũ millibus. Agè à tergo me inferã,*
*Et ſermones illorum captabo, & frigidam ſuffundam.*

## ACTVS IIII SCENA III.

PAPA: CAMPEGIUS, *Cardinalis*: HOSIUS *Epiſcopus*: Satanas.

CAMPEGI, *edesdum. paucis te volo.* CA. *Quidvis, pa-*
*ter ſanctiſſime? (principes*
PA. *Legatos, quos ad Cæſarem, & reliquos nobis addictos*
*Dimitti hodiè iuſſi, cura quàm optimè.* CA. *Ita faciã bea-*
*tiſſime pontifex.*
PA. *At diligenter.* CA. *fiet.* PA. *At maturè.* CA. *fiet.* PAP.
*Satin' hoc mandatum (bus,*
*Tibi?* CA. *ſatis.* PA. *dicant principibus, noſtris filiijs & regi-*
*Decreta conciliij ſancita, concluſa & ſtabilita eſſe.*
CA. *intelligo.* PA. *Dicant, nihil aliud ipſis agendum*
*Reſtare, niſi ut rogos & pyras extruant.* SA. *Euge! lepidè!*

PA. *Et*

Pa. *Et hæreticos exurant, Præſertim Lutheri diſcipulos.* Crudelitas & Tyrannis immaniſſima meretricis Babylonicæ.
Sa. *Oh! geſtio*
*Herculè.* Ca. *Effectum dabo, ſed nunquid aliud imperas?*
Pa. *Vt nulli ſexui* *adero.*
*Parcant.* Ca. *Commemini, tametſi nullius moneas: mox*
Pa. *Atq; heus, actutum huc redi.* Ca. *fiet.* Pa. *dictum puta.* Ca. *ſat habeo.*
Pa. *Nunc tu, Hoſi, concilij & ſanctæ ſynodi decreta recita:*
*Vt omnes homines ſciant, quanti Romanum Epiſcopum*
*Facere debeant: & à quibus damnatis opinionibus*
*Iam deinceps ſibi abſtinendũ ſit, niſi morte velint mulctarier.* *(ſunt, audiant.*
Ho. *Fiet, pater beatiſsime.* Pa. *At clarè, ut omnes, qui ad-*
Ho. *Clamabo pro meis viribus, modò mihi detur ſilentiũ.*
Pa. *St, ſt: tacete filij, & patrem audite veſtrum, Pontificem Romanum.* *(ſpiritu*
Ho. *Principiò, hoc notum ſit omnibus, quòd concilium in* Mentiris Cainica Eccleſia
*Sancto legitimè congregatũ, qualis eſt Tridentina Synodus,*
*A veritatis ſcopo nulla in parte aberrare poſsit.* Iohan. 16, 3.
*Nam ſcriptum eſt: dabo vobis ſpiritum ſanctum.*
*Qui vos in omnem veritatis ducet ſemitam.*
*Sed tanta tamen* non eſt conciliorum *autoritas,*
*Vt ea Pontificum decretis prævaleat. Nam pontifex*
*Supra cõcilium eſt: qui ſolus labi, errare, decipere nõ poteſt:*
*Cùm ſit terreſtris quiſpiam Deus: & omnia iura,*
*Divina atq; humana: habeat in ſcrinio ſui pectoris?*
*Itaq; ſanctiones Apoſtolicæ ſedis ſic accipiendæ* Diſti. 19. Ca. Si omnes.
*Sunt, tanquam divina voce Petri firmatæ.*
*Quinimò ſi Papa ſuæ & fraternæ ſalutis negligens,* Diſti. 40. Ca. Si Papa.
*Deprehenditur inutilis atq; remiſſus in ſuis operibus,*

*Et inſuper à bono taciturnus, quod magis officit*
*Sibi & omnibus: nihilominus populos innumerabiles*
*Catervatim ſecum ducit, primo mancipio*
*Gehennæ, cum ipſo plagis multis in æternum*
*Vapulaturos: huius culpæ iſthic redarguere*
*Præſumat mortalium nullus: quia cunctos*
*Ipſe iudicaturus, à nemine eſt iudicandus.* Sa. *lepidum Canonem!*
*Si Beelzebub princeps noſter eum dictare voluiſſet,*
*Melius certè, pro regni noſtri incremento, non potuiſſet.*
Diſtinct. 21. c. Decretis. Ho. *Decretis ergo Romanorum Pontificum, & ſacris*
*Canonibus conciliorum Eccleſiaſtica negotia,*
*Vt alibi monſtratum, terminantur.* Sa. *ô factum benè!*
Seſſ. 6. Can. 5. Ho. *Igitur fatetur, ſtatuit & declarat ſacro-ſancta Synodus*
*Primò de libero arbitrio hominis in hunc modum:*
*Si quis liberum hominis arbitrium, poſt adæ*
*Peccatum, amiſſum & extinctum eſſe dixerit,*
*Et rem de ſolo titulo, imò titulum ſine re: denique*
*Figmentum à Satana inventum: anathema ſit.*
Gen. 6. 5, 8, 21. Sa. *Væ Moyſi! qui ſcripſit, cogitatio humani*
*Cordis tantummodò mala eſt. Væ Paulo Apoſtolo!*
2 Corint. 3. 5. *Qui dixit: non poſſumus boni cogitare quippiam*
Ead. ſeſſ. *Ex nobis, tanquam ex nobis.* Ho. *Si quis dixerit:*
Canon. 7. *Opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt,*
*Quacunque ratione facta ſint, mera eſſe peccata,*
*Vel odium Dei mereri: anathema ſit.*
Rom. 14, 24. Sa. *Iterum væ Paulo! qui dixit: Quicquid ex fide*
Ead. Can. 9. *Non eſt, peccatum eſt.* Ho. *Si quis dixerit, ſola fide*
*Iuſtificari impium: ita, ut intelligat nihil aliud*

Requiri

*Requiri, quod ad iuſtificationis gratiam conſequendam*
*cooperetur,*
*Et nulla ex parte neceſſe eſſe, cum ſuæ voluntatis motu*
*Præparari & diſponi: Anathema ſit.* SA. *Væ tertiū Paulo!*
*Qui ſcripſit: ſtatuimus hominem iuſtificari fide,* Rom. 3, 28.
*Abſq; operibus legis. &, non eſt currentis, neq;* Rom. 9, 16.
*Volentis, ſed miſerentis* Dei. HO. *Si quis dixerit.*
*Omni homini ad remiſsionem peccatorum* Seſſ. 6.
*Aſſequendam, neceſſarium eſſe, ut credat certò.* Can. 13.
*Et abſq; ulla hæſitatione infirmitatis propriæ,*
*Et indiſpoſitionis, peccata ſibi eſſe remiſſa: anathema ſit.*
SA. *Ego certò nolim, homines certò iſthuc credere:*
*Aliâs regni mei vires citò conciderent.*
HO. *Si quis dixerit, hominem renatum & iuſtificatum* Ead. Can. 13.
*Teneri ex fide ad credendum, ſe certò eſſe in numero*
*Prædeſtinatorum: Anathema ſit.* SA. *dubitatio*
*Hæc ſic ſtabilita infernum adeò complevit Pontificijs,*
*Vt iam vix ad capiendos reliquos ſit locus.*
PA. *Hoſi?* HO. *Quid vult tua ſanctitas, pater*
*Beatiſsime?* PA. *reliquorum canonum fac compendium,*
*Et recita nunc canones de Miſſæ ſacrificio.*
SA. *Hîc aures arrige, Satana.* HO. *Si quis dixerit,* Seſ. poſt. 6.
*In miſſa non offerri Deo verum & proprium ſacrificium,* Can. 1.
*Aut, quod offerri non ſit aliud, quàm nobis Chriſtum dari*
*Ad manducandum: Anathema ſit.* SA. *Placet!*
HO. *Si quis dixerit, illis verbis:* Hoc facite in mei
Commemorationem, *Chriſtum non inſtituiſſe Apo-*
*ſtolos*
*Sacerdotes: aut non ordinaſſe, ut ipſi & alij* Seſſ. poſter, 6.
*Sacerdotes offerrent corpus & ſanguinem ſuum:* Can. 2.

Ead. ſeſſ. *Anathema ſit.* Sa. *Probè!* Ho. *Si quis dixerit: Miſſæ ſacri-*
Can. 3. *Tantum eſſe laudis & gratiarum actionis, aut* (*ficũ*
*Nudam commemorationem ſacrificij in cruce*
*Peracti: non autem propitiatoriũ: vel ſoli prodeſſe ſumenti,*
*Neq́; pro vivis & mortuis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactio-*
*nibus* (*ge optimè!*
*Et alijs neceßitatibus offerri debere: anathema ſit.* Sa. *Eu-*
Ibid. Can. 6. Ho. *Si quis dixerit: Canonem miſſæ errores continere,*
*Ideoq; abrogandum: anathema ſit.* Sa. *Laudo optimè,*
Pa. *De communicatione ſub utraq; ſpecie, quia*
*Lutherani tumultuantur, nunc recita, quid ſtatuat*
*Synodus, legitimè congregata in ſpiritu ſancto.*
Ho. *Si quis dixerit, ex Dei præcepto, vel etiam*
Seſſ. 5. Can. 1. *Salutis neceßitate, omnes & ſingulos*
*Chriſti fideles utramq; ſpeciem ſanctißimi*
*Euchariſtiæ ſacramenti ſumere debere: anathema ſit.*
Sa. *Videlicet.* Ho. *Si quis dixerit, ſanctam Eccleſiam*
Ead. Can. 2. *Catholicam non iuſtis cauſis & rationibus*
*Adductam fuiſſe, ut Laicos atq; etiam Clericos*
*Non conficientes ſacra, ſub panis tantummodò ſpecie*
*Communicaret: aut in eo erraſſe: anathema ſit.* (*mo:*
Ca. *Vix me expedire potui ab homine hoc importunißi-*
*Adeò inſtabat, adeò urgebat mandatum ſui principis,*
*Vt ad colloquium in Synodo ſacerrima admitteretur.*
Pa. *Subſiſte parũ, Hoſi: redit Campegius.* Ca. *nã habere ſe*
*Aiebat, quæ contra Romanæ Eccleſiæ ritus & placita*
*Afferre poßit in medium.* Pa. *Campegi.* Ca. *Adſum, pater*
*ſantißime.* (*affuiſſem,*
Pa. *Abierunt legati?* Ca. *Iam-dudum: atque ego ſtatim*
*Niſi me Lutherani hæretici remorati fuiſſent.*

Pa. *Qui-*

Pa. Quínam illi? Ca. Brentius, Lutheri diſcipulus,
Cum paucis quibuſdam illius farinæ Theologis.
Pa. Quid volebant? Ca. aditũ expetebãt. Pa. Ad méne?
Ca. Ad te ergo, & colloquiũ in hac Synodo: ut ſua fanatica
Figmenta, & neſcio quas rationes nobis opponerent,
Et decreta Synodi commentis ſuis infringerent.
Nam ſcripturâ ſe contra nos acturos aiebant. Pa. hominũ
Fidem! quæ iſthæc audacia? quanta impudentia?
Sed quid tu illis? Ca. heri ſpem feci, quòd admitti poßint,
Hodiè negavi, & domum redire iußi ſic os bonis viris
Sublevi & verba dedi. Pa. feciſti probè. Sa. Imò optimè.
Pa. Nunc tu perge, Hoſi. Ho. De ſacerdotum coniugio
Et monachorum votis quidam canones adhuc deſunt:
Eos, ſi commodum videbitur, hac ſeßione ſupplebimus.
Pa. Imò placet: quid tibi videtur Campegi? Ca. Si tuæ
Beatitati placet, non poſſum ego contradicere.
Pa. Redeamus igitur in Baſilicam, & habitis precibus,
Atq; invocato numine ſpiritus ſancti, reliqua
Abſolvamus. Ca. age fiat. Vos Diaconi, patrẽ ſanctißimum
Humeris imponite, & placido gradu in Baſilicam
Deferte. Sa. Non expedit mihi, ut ego hîc moras
Traham. nam niſi ego ſim dictator in hoc concilio,
Spiritus certè ſanctus ne unum quidẽ canonem eiuſmodi
Probaverit. ſequar ociùs: ne fortè illis in mora ſiem.

## ACTVS IIII SCENA IIII.

### BRENTIUS, LUTHERUS.

AIN' tu, mi Luthere, hunc Carolſtadij fuiſſe exitum?
Lu. Ita quidem ad me Baſilienſes miniſtri ſcriptitant,

*Qui Carolſtadium Eccleſiæ ſuæ peſtem fuiſſe perhibent*
*Venenoſiſsimam.* Br. *ſanè haud erras.* Lu. *Scribunt apparuiſſe ei*
*Concionanti grandem virum, ædem ingreſſum, & iuxta conſulem*
*Stetiſſe: rurſumq; egreſſum, in ædes Carolſtadij*
*Intraſſe: & filium ibi ſolum inventum, levaſſe manibus,*
*Quaſi terræ ipſum illiſurus: ſed illæſum dimiſiſſe,*
*Ac iuſsiſſe, ut patri diceret, ſe poſt triduum*
*Rediturum, & ipſum abducturum. Quibus ille cognitis*
*Subito terrore correptus. poſt triduum mortuus eſt,*
*Conſul rogatus, ecquem vidiſſet in templo aſtantem ſibi,*
Euſeb. *Negavit quempiam vidiſſe.* Br. *Proh Deum! quid audio?*
Lu. *Sic Arrius, pater Carolſtadij, Chriſti maieſtatem abnegans,*
*Et præſentem in cœna inficiatus, prius inteſtina*
*Per ſeceſſum effudit, quàm ſuas blaſphemias in Synodo*
*Nicæna poſſet contra orthodoxos effundere.*
Br. *Eſt factum.* Lu. *Cinglius etiam nuper miſerrimè*
*Interijt.* Br. *quomodo?* Lu. *Excitato bello inter ſuos,*
*Armis religionem ſuam propugnaturus, ipſemet*
*In aciem progreſſus eſt, & militis Helvetij more*
Sleid. *Cum hoſte prælians, in prima acie occubuit:*
*Cadaver à Lucernatibus minuatim diſſectum eſt.*
Br. *O iudicium Domini iuſtum! nempe haud unquam taxilli Iovis*
*Infeliciter cadūt.* Lu. *Paulò antè Exegeſin ad me miſerat,*
*Adiecta epiſtola, plena temeritatis & ſuperbiæ:*
*Nihil eſt ſcelerum aut crudelitatis, cuius me non reum*
*Agat; adeò ut nec Papiſtæ me ſic lacerent, ut illi amici.*

*Et fra-*

*Et fratres noſtri, qui ſine nobis & ante nos nihil penitus erant,*
*Ac ne hiſcere quidem audebant: nunc noſtra inflati victoriâ*
*In nos convertunt impetum. hoc ſcilicet eſt gratias*
*Agere, hoc eſt benè mereri apud homines.*
Br. *Certè dux meus VVirtembergicus, cùm illi ego*
*Has contumelias referrem, priuſquam Tridentum proficiſcerer,*
*Mirari ſatis non potuit iſtorum hominum proterviam.*
Lu. *Et Landgravius Philippus, qui colloquij*
*Huius fuit autor, inceptor, & perſector, adeò*
*Deteſtatur Cinglij, & ſociorum pertinaciam:*
*Vt ſe ad Papiſtas dicat rediturum prius*
*Licet impios, quàm Cinglij dogma unum comprobet.*
*Sed tu interim, quæ in concilio geſta ſunt, mihi*
*Nondum expoſuiſti.* Br. *Non eſt narrandi hîc locus:*
*Sed ſi gratum eſt tibi, audire hiſtoriam, intus narravero.*
Lu. *Imò gratiſsimum: eamus intrò: ſequere me.* Br. *Sequor.*

---

## CHORVS IIII.

### CONTRA PAPAM, ET PAPATUM

DELIRA *nutantis propè*
*Mundi ſenectus appetit:*
*Cùm iam diem mille-artifex*
*Adeſſe ſentit ultimum.*
*Hoſtis vetus mortalium,*
*Salutis adverſarius,*
*Qui circum-it ceu rugiens*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0081-8

*Leo, quærens quem devoret:*
*Is nunc laborat ſtrenuè,*
*Nervis intentis omnibus,*
*Extincta Papæ fulmina*
*Flammis novis ſuccendere.*
*Quid non malorum perfidis*
*Molitur in nos fraudibus*
*Sceleſtus ille pontifex,*
*Iniquitatis filius.*
*O Chriſte princeps gloriæ.*
*Qui contudiſti fortiter*
*Hydræ caput decemplicis,*
*Et Leviathan aſperum:*
*Accinge nos ſcuto tuo.*
*Thorace iuſti pectoris,*
*Almæ ſalutis caßide,*
*Et veritatis Baltheo.*
*Da ſpiritalem cœlitus*
*Enſem tuum, vocem tuam,*
*Vt nos queamus hoſtium*
*Ignita tela pellere.*
*Solator alme ſpiritus,*
*Mentes piorum recrea,*
*Quos pontifex crudeliter*
*Ob veritatem ſupprimit.*

# ACTUS V. SCENA I.

## ARGUMENTUM.

Chriſtus mit ſeiner Apoſteln zwen/ Scenæ I.
Wird auch auff das Theatrum gehn/
Weiſſagen von dem Jüngſten tag/
Vnd führen noch ſein alte klag/
Wie im Mattheo gſchrieben ſteht:
Bald da der Bapſt für vber geht/
Vnd ſetzt ſich auff den ſtul gar hoch/
Zu enden ſein Concilium noch.
PEtrus jhn hart anfahren thut/ Scenæ II.
Auch Chriſtus bringt jhm viel vnmuht:
Sein Lehr wird bald examiniert/
Auch er vnd ſein hauff wol probiert/
Weil er mit Gſchrifft vnd Gottes Wort/
Gar nichts vermag/ ſo muß er fort/
Dem Teuffel zu mit all ſeim Gſchwarm/
Inn dbitter Hell fein alſo warm.
ZWingel vnd Carolſtad auch kommen/ Scenæ III.
Mit jhrer Lehr ſie gleich verſtummen/
Vor Gott dem Herrn zu ſchanden werden/
Weil ſie die Heilig Schrifft verkehrten.
DEr Münch vnd Nonn/ vnd auch der Bawr/ Scenæ IIII.
Der Widerteuffer vnd arg Lawr/
Mit Caſpar Schwenckfeld kommen her/
Bald wird erforſchet jhre Lehr:
Vnd weil ſie gfunden ohne grund/
Das Vrtheil Gottes ſchlägt ſie rund/
Dem Teuffel werdens vbergeben/
Vnd kommen vmb das Ewig Leben.
ZV letſt der Baur Menalcas gnant/ Scenæ V.
Fürwenden thut ſein vnverſtandt/
Chriſtus jhn fertigt bald fein ab/
Nun merckt auff vnſers HERREN trab.

## ACTVS V. SCENA I.

### CHRISTVS: PAULUS: PETRUS.

NONNE *hæc ita fore prædixeram?* Pau. *Certè Domine, & ego*
*Tuo exemplo meis eadem prædixi Theſſalonicenſibus.*
Pe. *Ego verò, quoties hæc tempora aſpicio noviſsima,*
*Semper eorum recordor, quæ tu olim, præceptor optime,*
Matth. 24. *In monte olivarum præſagiebas.* Chr. *At vides, Petre,*
*Verbis fidem & complementum eſſe additum.* Pe. *Video planiſsimè.*
Ibid. ℣. 6. Chr. *Nónne auditis bella & rumores bellicos?* Pe. *Equidem.*
Marc. 13, 7. 8.
Luc. 21, 9. 10. Chr. *Oportet ſanè omnia fieri: ſed nondum eſt finis. conſurget enim*
Vt jam ubivis gentium videre eſt. *Gens contra gentem, & regnum contra regnum: non enim*
*Veni ut mitterem pacem, ſed gladium. nam veni*
*Vt diſsidere faciam hominem adverſus patrem ſuum,*
Mat. 10, 34. 35 *Et ſponſam adverſus ſocrum ſuam: & inimici*
Ibid. 36. *Homines erunt ij, qui ſunt alicuius domeſtici.*
Pe. *Ita verò comparatum eſt hodiè: nam nuſquam tuta eſt fides.*
Chr. *Nónne fames & peſtis graſſantur undiq;?* Pe. *Etiam Domine.*
Matth. 24, 7. Chr. *Et terræ motus exiſtunt, & ſigna in ſole & luna*
Lucæ 21, 11. *Fiunt: & virtutes cœlorum commoventur?* Pe. *Admodum.*
Lucæ 21, 25.
Marc. 13, 25. Chr. *Multa etiam veniunt, qui in nomine meo miracula*
Matth. 24. 5. *Edunt: dicentes, ego ſum Chriſtus: multosq; ſeducunt:*

*Vt ſi*

*Vt ſi fieri poſſet, etiam electos in errorem impellerent,* Matth. 24. 24
Pe. *Vera memoras.* Pa. *Ego certè Antichriſti adventum* 2. Theſſ. 2.
*Dixi fore ſecundũ operationem Satanæ, cum omni potẽtia,*
*Et ſignis, & prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione*
*Iniuſtitiæ, in ijs qui pereunt: pro eo, quòd veritatis delectio-nem*
*Non receperunt, in hoc, ut ſalvi fierent.* Ch. *Atq; hi ſunt, qui dederunt vos cruci,*
*Et quibus inviſi eſtis propter Evangelium & nomen meum.* Matth. 24, 9.
Pa. *Videlicet.* Ch. *Nónne autem multi offendiculum* Ibid. 10.
*Patiuntur: quorum unus tradit alterum, ſeq; invicem*
*Odio habent?* Pe. *Scilicet: quia non credunt verbo tuo* 1. Pet. 2. Eſai. 28.
*Nam tu lapis es vivus, quem ſi ædificantes reprobant,* Pſalm. 117. 22
*Caput anguli eſſe incipies: & lapis, in quem impingitur:* Matth. 21. 42.
*Et petra, ad quam offendunt ij, qui non credunt verbo tuo.* Marc. 21. 10.
Ch. *Nónne hoc illud eſt, quod dixeram: cùm filius* Luc. 20 v. 17.
*Hominis venerit, anne reperturus eſt fidem** Actor. 4, 11.
*In terra?* Pe. *Nimirum ubi tot ſunt hæreſes.* Rom. 9, 33.
Ch. *Nónne prædixeram fore, ut ante noviſſimum diem* Eſa. 8, 14.
*Refrigeſcat charitas?* Pe. *at illa iam refrixit penitus,* *Lucæ 18, 8. Matth. 14. 12
*Et quidem in illis maximè, quibus lux Evangelij innotuit.*
*Neq; enim te nudum veſtiunt, neq; te famelicum* Matth. 25.
*Cibant! neq; ægrotum viſitant, neq; panem frangunt tibi*
*Inopi, in membris tuis.* Ch. *Quippe & hoc prædixeram:* Matth. 24. 38.
*Fore homines ſecuros, ut ante diluvium: edentes, bibentes,* Lucæ 17, 26.
*Nupturientes, mercantes, ædificantes, uſq; ad eum diem,* 27.
*Quo intravit in arcam* Noe. Pe. *Certè omnium finis pro-pinquat.* 1. Pet. 4, 7. Mat. 24. 15.
Ch. *Nónne abominatio deſolationis magna illa, de qua Daniel* Dan. 9, 27.

Vaticinatus eſt, diem noviſſimum præceſſit? Pe. Vtique
Domine. (le ferè

Arrigite aures Sodomitæ Pontificii.
Matth.24,21.22.

Ch. Fuit certè præteritis temporibus ſub Papatu, per mil-
Annos, afflictio magna: qualis non fuit à mundi initio,
Neq; futura eſt: & niſi decurtati fuiſſent dies,
Non fieret ſalva omnis caro. Pau Vtiq; & ego ſcripſeram,
Diem Domini non affaturum, niſi veniat defectio,

1.Theſ.2,v.3.4.

Et reveletur homo ſceleratus, filius perditus,
Adverſarius Dei: qui eſt ſupra omne, quod dicitur

Arrige & tu aures fili perditionis, Pontifex. Antichriſte nequiſſime.

Deus: omnes reges & principes pedibus ſuis
Subijciens, & in templo Dei ſedens, oſtentansq; ſeipſum
Pro Deo: an non miminiſti Petre, quòd, cùm adhuc
Inter homines eſſem, hæc prædixerim meis?
Pe. Commemini optimè. Pau. at ille nunc ſpiritu

Eſai.11,14.

Oris confectus eſt, iniquitatis filius: & hodiè Domini

2.Theſ.2,8.

Adventu abolebitur. Ch, Ita fiet, ſed quod tu ais,
Oris confectum ſpiritu, rectè ais: nam Evangelium

Matth.28.
Marc.16.

Regni mei prædicatum eſt in univerſo orbe,
In teſtimonium omnibus gentibus. atq; nunc venit
Conſummatio: nam ſicut fulgor exit ab oriente

Math.24,27.

In occidentem: ſic adventus meus nunc erit.
Pa. Vt laqueus, ingruit hic dies, & in omnes ſuperveniet,

Luc.21,35.

Qui ſedent ſuper faciem terræ totius, ut prædixeras.
Pe. Vt fur in nocte, ita dies Domini advenit,

1.Theſ.5.1,2.
2.Pet.3,10.
Mar.13.

Quo cœli tranſeunt velut procellæ: quo elementa æſtuantia
Solvuntur: quo terra, & quæ in ea ſunt, exuruntur
omnia.
Sed quis hic eſt, præceptor & ſervator optime?
Ch. Tace, mox audies, &, quis ſit, probè intelliges.
Pe. Bone Deus! quatuor homines illum geſtitant.

PA. *Perſarum regem eſſe arbitror, nam inſulati & mitrati*
*Gerũt.* PE. *Mihi Cerberus videtur, infernalis canis, (cum*
*Nam tria capita habet, ornatus corona triplici.*
PAU. *Solio ſublimi collocatur, & pedibus illius oſcula*
*Figuntnr.* PE. *mirum, ni hæc ſit meretrix illa Babylonica.*

---

## ATTVS V SCENA II.

PAPA: CHRISTUS: PETRUS: HOSIUS.
Paulus: Campegius.

*SAcroſancta Synodus Tridentina in ſpiritu*
*Sancto legitimè congregata, præſidentibus*
*Noſtris legatis, etiam de cælibatu ſacerdotum,*
*Et votis Monaſticis ſtatuendum eſſe cenſuit,*
*Ad Dei omnipotentis laudem, & ſanctæ Eccleſiæ*
*Ornamentum: ea nos pro munere Apoſtolico*
*Nobis divinitus conceſſo, hac hora expediemus.*
CH. *Audin' quę ſe dicat?* PE. *Apoſtolum hic ſe nominat,*
PA. *Nam Petri ſucceſſorem & Chriſti vicarium*
*In omnes ſalutis promovendæ occaſiones intentum*
*Eſſe decet.* CH. *Audis, Petre? tuus hic ſucceſſor eſt.* PE.
*Haud arbitror.*
PA. *Nunc tu Hoſi reliquos Canones huius concilij*
*Recita,* HO. *date ſilentium, ut quid beatiſsmus*
*Pater, Romanus Epiſcopus velit, poſsitis noſcere.*
PE. *Eho Paule! túne Romæ hunc conſtituiſti Epiſcopum?*
PAU. *Minimè: nam longè alios ibi reliqui Epiſcopos.*
HO. *Pius Quartus, Romanus Pontifex, Chriſti vicarius,*
*Petri ſucceſſor, dilectis filijs ſalutem.* CH. *Audis Petre?*
PE. *Pace tua, Domine, honorem & tuum & meum illicò*
*Vindicabo.* CH. *ut lubet.* PE. *Heus tu, quem tu hunc virũ*
*eſſe prædicas?*

Ho. *Epiſcopum Romanum, ſummum Pontificem, Petri*
*Succeſſorem.* Pe. *Cuius Petri?* Ho. *Apoſtoli, Apoſtolorum*
*principis,* (*ſtolus.*
Pe. *Meus ne hic ſucceſſor?* Ho. *Siquidem tu Petrus es Apo*
Pe. *Ego qui ſim, citius experière, quàm voles.* Ho. *ſatis pro imperio,*
*Qui ſic Chriſti vicario, ſummo inſultas pontifici.*
Pe. *Mentiris tu nequam: nam neq; hic meus ſucceſſor eſt,*
*Neq; Servatoris Chriſti vicarius eſt, neque verus epiſcopus*
Pap. *Facis iniuriã, qui me Petri ſucceſſorẽ negas.* (*eſt.*
Pe. *Antichriſtus es, & iniquitatis filius perditiſſimus.*
Ca. *Cave ſis, neſcis tu, cui maledicas viro.*
Pe. *Quid ego neſciam?* Ca. *Succeſſorem neſcis Petri.*
Pe. *Túne Petri ſucceſſor?* Pap. *Scilicet.* Pe. *Dic quo pacto?* Pa. *Quia locum*
*Eundem teneo, quem tu olim tenebas.* Pe. *Deliras tu homo,*
*Qui propterea te apoſtolicũ credis, quòd loca & cathedram*
*Apoſtolorum obtines.* Pap. *Imò ſapio.* Pe. *Imò deſipis:*
*Nam nullum ego Petri ſucceſſorem ac diſcipulum*
*Agnoſco, niſi qui eandem cum illo doctrinam promovet.*
Pap. *Iſthuc ego quidem facio.* Pe. *Paulò pòſt videbitur.*
Ho. *Obſecro te, quid tu hominis es, qui ſacroſanctã ſynodũ*
*Interturbare & odioſè interpellare audes?* Pe. *Is ſum, quem vides.* (*pegi, quò ſecedam?*
Ch. *Adeamus, Paule.* Ca. *Quis illic advenit?* Pa. *O Cam-*
Pe. *Deſcende iam nunc ilicò: & locũ ei cedò, Cuius te vicẽ*
*Gerere mentitus es.* Pap. *O Campegi, quò fugiam.*
*Totus tremo, poſtquam hunc aſpicio.* Ca. *ſuſtine & bono animoſis.*
Ch. *Heus tu bone vir, quis te in hoc ſublime ſolium*
*Locavit?*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0088-6

*Locavit: ut tu unus cæteris Epiſcopis ſis ſuperior, & imperium habeas*
*In reliquas beſtias?* Pap. *O Domine, verba oris hæc mihi conceſſerunt tui.*
Ch. *Quænam?* Pap. *quibus tu primas Apoſtolorum partes dediſti Petro.*
Ch. *Dedin' ego tibi primas, Petre?* Pe. *Nō eſt factū: ſed dixiſti,*
*Quòd reges gentiū dominentur, & vocentur benefici: nos autem non itidem:* Matth. 20, 25. Marc. 10, 42, 43. Luc. 22, 25. & 26.
*Sed ſi quis è nobis velit perhiberi maximus, is reliquorū ſit miniſter.*
Pap. *Imò, tu conſtituiſti Petro gradū pontificis & ſummū papatum.*
Ch. *Quomodo?* Pap. *cùm illi diceres: tu es Petrus, et ſuper hanc petram*
*AEdificabo meam Eccleſiam.* Ch. *Quid iſthæc ad te attinet oratio?*
Pap. *Quia Petrus in te, & Romana Eccleſia fundata eſt in Petro.*
Ch. *Quomodo ergo tu verba iſthæc intelligis?* Pa. *ut ſonāt.*
Ch. *Haudquaquam: ſed ſenſum illum affingis alieniſsimū*
Pap. *Quem ſenſum?* Ch. *Dic, Petre, huic ſucceſſori tuo.*
Pe. *Ego dicam, quomodo ſcripturas interpretarier*
*Soleat ſucceſſor hic meus lepidus, bellus & bellatulus.*
Tu es Petrus, *id eſt quilibet Romanus Epiſcopus Chriſti eſt vicarius:* Matth. 16, 18. Stulta & inepta, imò abſurdiſſima Romanenſium gloſſa.
Et ſuper hanc petram, *id eſt, ſuper Romanā Eccleſiā,*
AEdificabo Eccleſiam meā, *id eſt, reliquas omnes Eccleſias*
*Fundabo & compingam.* Et portæ inferorum, *id eſt, omnes Reges & principes.*
Non prævalebunt contra illam, *id eſt, pedibus illius*
*Subiecti erūt,* Et dabo tibi claves regni cælorum:

*Id eſt, Vicario meo, Romano pontifici, dabo utrumq́; gladium, politicum* (*id eſt, cuicunq́;*
*Et Eccleſiaſticum.* Et quicquid ſolveris *ſuper teram,*
*Homini vicarius Chriſti indulgentias dabit,*
*Aut aliquod imperium aut regnum adimet, atq́; alteri*
*Conferet:* Solutum erit in cœlis: *id eſt, hoc etiam*
*Chriſtus in cœlo & in terra ratū habebit.* Et quicquid ligaveris (*municabit,*
In terris, *hoc eſt, quemcunq́; Romanus pontifex excom-*
*Et anathemate feriet, & regno ſuo hæreditario*
*Privabit:* Ligatum erit in cœlis, *id eſt, perinde factū ac dictum erit:*
*Ac ſi Chriſtus ipſemet dixiſſet & feciſſet.* Ch. *Ecquid te pudet, ſceleſte homo,*
*Verba oris mei ita pervertere?* Pap. *Atqui ita ſentiunt & interpretantur omnes* (*Petro*
*Catholici.* Ch. *Imò omnes Cacolyci.* Pap. *cur tu igitur*
Ioan. 21. *Dixiſti: Paſce oves meas: ſi iſta nihil ad ſucceſſorem Petri Pertinent?* (*ctrina Petri*
Ch. *Imò pertinent: ſed tu ſucceſſor illius non es, qui à do-*
*Totus receßiſti.* Pe. *ſupra modū Domine: nam longè aliter*
*Iußi illum paſcere oves, quàm ipſe pavit, homo improbus.*
1. Per. 5, 2, & ſeq. Pap. *Quomodo?* Pe. *paſcite, quantū in vobis eſt, gregem Chriſti,*
*Curam illius agentes, non coactè, ſed volentes: non turpiter*
*Affectantes lucrum, ſed propenſo animo: neq́; ceu dominiū*
*Exercentes adverſus electos: ſed ſic, ut ſitis exemplaria*
*Gregis: &, cùm apparuerit iſte paſtorum princeps,*
*Reportabitis immarceßibilem coronā gloriæ.* (*geßit,*
Ch. *O mi Petre, longè hic diverſißima à tuis præceptis*

*Qui*

*Qui ſe paſtorum dixit principem, cùm tu hoc titulo*
*Me ornaſſes: qui lucri gratia cœlum & terram & orcum*
*vendidit:* *(principes.*
*Qui regnum affectavit ſuper omnes Cæſares, & Reges &*
Pe. *Ego Chriſtianos iuſſeram eſſe humiles & cuivis ſubditos* 1.Pet.2 12.
*Creaturæ propter Deum, tã regi, quàm præſidibus reliquis:*
*Ego ſcripſeram, homines non caducis rebus, argento* 1. Pet. 1, 18.
*Et auro fuiſſe redemtos à vana converſatione,*
*Quam ex patrum traditione acceperint, ſed precioſo ſanguine* Iohan. 1, 19.
*(Eſt verum.*
*Immaculati agni huius, qui tollit peccata mundi.* Pap.
Pe. *Cur tu igitur veniã delictorũ & peccandi indulgentiã*
*Auro concedis: & argento regnum Dei vendis?*
Ch. *O mi Petre, levia iſthæc ſunt, præ illis, quæ commiſit*
*meus hic carnifex*
*In articulis fidei: quia dicit, ſibi licere novos condere*
*Articulos: itaq; homines non iuſsit credere Deo,*
*Sed dubitare de eius gratia.* Pe. *Heus tu furcifer,*
*An oblitus es, ego quod ſcripſeram: nos regenitos eſſe à Deo*
*In ſpem vivam?* Pap. *Memini ita ſcriptum.* Pe. *Cur tu*
*igitur* *(dixit:*
*Spem reddidiſti mortuam?* Pap. *Quia enim Eccleſiaſtes* Cap. 9.1.
*Neſcit homo, an ſit in odio, an in gratia Dei.*
Pe. *Puta, ſi quis terrena aſpiciat: de quibus illic oratio eſt:*
*Nam ditantur etiam impij: & plerunq; quò ſceleratior*
*Eſt quiſpiã, eò etiã fortunatior.* Ch. *atqui hoc, Petre, niſi ita*
*Comparatum eſſet, iam dudũ pontifex mendicatũ abijſſet.*
Pe. *Certè, ſi tu meus ſucceſſor eſſes, non tu mea* *(ex mea*
*Verba ad Eccleſiaſtæ ſententiam detorſiſſes, ſed illius verba*
*Sententia interpretatus fuiſſes.* Ch. *Audi quid amplius*
*commiſerit.*

Pe. *An verò quid amplius?* Ch. *Imò verò amplius.*
*Nam meritum & ſanguinem meum dixit iuſtificando*
*Non ſufficere: ſed ab eo requiri etiam bona opera.* Pau. *quid bona opera?*
*Quaſi verò noſtra opera, etiam illa quæ à renatis fiunt, aliquid*
Eſai. 64. *Mereantur: quaſi non ſint pannus menſtruo pollutus, omnes iuſtitiæ*
*Noſtræ? quaſi non ſit Dei opus, iuſtificatio hominis, ne quis poßit gloriarier?*
Pap. *At tu Paule, ita me docuiſti, qui ſcriptitas*
Coloſſ 1. 24. *De te, quòd ſuppleas ea, quæ deſunt Chriſti afflictionibus.*
2. Pet. 3. v 16. Pe. *Pro Paulo ego reſpondeo, tametſi ille non indiget:*
*Hic frater meus nonnulla ſcripſit intellectu difficilia:*
*Quæ indocti parumq; firmi detorquent, ſicut & cæteras*
*Scripturas, ad ſuam perniciem.* Pau. *facis profectò iniuriam*
*Verbis meis: neq; enim cruci & ærumnis meis meritum*
*Attribui: ſed tantùm complementum eſſe dixi: quo probem*
*Chriſti capitis eſſe aliquod me membrũ: nam Chriſtus hic*
*Etiamnùm in mundo poſt aſcenſum ſuum, in membris ſuis*
*Afflictus, perturbatus & cruciatus fuit. quod autem ad mea bona opera*
*Attinet: credo ego, me probiorem & meliorem fuiſſe (da mihi veniam,*
*Salvator: ut hæc ſine iactantia proferre poßim) quã fuerint*
*Omnes Romani pontifices: qui quidem hoc titulo ſe venditârunt pro capite*
*Eccleſiæ: nunquid contradicis?* Pap. *Non ſanè.* Pau. *at nihilominus*

*Ego,*

*Ego, qui factus eram iuxta iuſtitiam ex lege irreprehenſibilis,* Philip. 3, 6. 7. & 8. verſ.
*Quæ mihi erant lucra, ea arbitratus ſum propter Chriſtum*
*Damnum eſſe: quia etiam arbitror, omnia damnum eſſe,*
*Propter excellentiam cognitionis Chriſti Ieſu Domini mei:*
*Propter quem omnia pro damnis duxi: habeoq́ue pro reiectamentis,*
*Vt Chriſtum lucrifaciam, & inveniar in illo, non habens iuſticiam*
*Meam ex lege, ſed eam, quæ per fidem eſt Chriſti, quæ eſt ex Deo.*
*Iuſticiam in fide: ſatin' hoc perſpicuè dictum putas?*
Ch. *At ille ieiunia conſtituit: delegit cibos, & ferias*
*Indixit, quibus homines ieiunarent, ut aliquid mererentur*
*Præmij in vita æterna.* Pau. *Ego verò dixeram, ne quis iudicet* Coloſſ. 2, 16.
*Vos in cibo & potu, aut in parte diei feſti, aut novilunij,*
*Aut ſabbathorum.* Ch. *Quinimò virgines Veſtales inſtituit,*
*Vt Numa Pompilius, & monaſticos ordines,*
*Qui cælibatum voventes, bono opere ſibi & alijs*
*Veniam delictorum promereantur.* Pau. *Hem! quid audio de te?*
*Nam tu es ille iniquitatis filius, qui deſciviſti à fide:* 2. Theſſ. 2, 3.
*Attendens ſpiritibus impoſtoribus ac doctrinis dæmoniorũ per ſimulationem* 1. Tim. 4, 1. 2.
*Falſiloquorum?* Ch. *Tacet, quia cauterio notatam habes conſcientiam,*
Pau. *Certè, quantum intelligo, non tu Chriſti vicarius, Sed Antichriſtus es:*

*Non Petri ſucceſſor, ſed deceſſor: non ſanctiſsimus,*
*Sed homo ſceleſtiſsimus, & perditus ille filius.*
*Quid? hoc intellextin' an nondum etiam ne hoc quidem?*
Pap. *Imò ſat callidè: ita apertè rem ipſam modò*
*Loquutus, nulla circuitione uſus es.*
Ch. *Cur tu nebulo voluiſti dici pater ſanctiſsimus?*
*An oblitus fueras interdicti mei, quo vetueram*
Matth. 23, 9. *Patrem vocari in terris, cum unus in cœlis pater*
Matth. 6, 9. *Sit? an prceationis formulam à me datam*
*Non meminiſti?* Pap. *Cõcilio huic ita viſum eſt noviſsimo.*
Ch. *At hoc concilio, ut & alijs clauſiſtis regnum cœlicum*
*Ante homines, & vos intrare non contenditis,*
*Nec advenientes intrare ſinitis.* Pe. *Canes*
*Sunt in Præſepi.* Ch. *Conſecraſti ſal, aquã, palmas, cereos,*
*At, quæ graviora ſunt, legis iudicium & miſericordiam,*
*Fidemq́ reliquiſti.* Pau. *Quis te iſta conſecrare iuſſerat?*
Pap. *Ex tuis Epiſtolis didici.* Pau. *quibus?* Pap. *quas accepi ex traditionibus.*
Pau. *Certè ego fideliter te præmonueram, ne citò*
2. Theſſ. 2, 2. *A mente dimovereris, neq; per ſpiritum, neq;*
*Per ſermonẽ, neq; per Epiſtolam, tanquam nobis autoribus.*
Ch. *Quid autẽ eum meritũ cenſes, qui teſtamẽtum meum*
*Adulteravit?* Pau. *Quid? æternam inter diabolos crucem.*
Ch. *At hic teſtamentum cœnæ in ſacrificium Miſſaticum*
*Pro peccatis vivorum & mortuorum convertit.* Pau. *Ah tace, animus meus*
*Exhorreſcit iſta audiens.* Ch. *Tũ ſacrilegium turpiſsimum*
*Commiſit.* Pau. *Quomodo?* Ch. *nam partem ſacramenti alteram*
*Plebeis hominibus ademit: ut alia interim nefaria*

*Facino-*

*Facinora omittam, quibus ille teſtamentum meum*
*Violavit, fregit, diſſipavit & contaminavit improbus.*
Pe. *Mihi non hoc mirũ eſt, ipſum hæc fuiſſe facere auſum:*
*Nam ſicut alia tua verba interpretatus eſt,*
*Ita etiam verba inſtitutionis intelligenda cenſuit.*
CHR. *Quomodo, mi Petre?* Pe. *hoc nimirùm modo, mi Domine.* Luc. 22, 19.
Omnes, *id eſt, vos ſacerdotes initiati & raſi:* facite, Faceta certè Romanenſium interpretatio.
*Id eſt, Sacrificate:* in mei commemorationem, *id eſt,*
*In remiſſionem peccatorum, idq́ pro vivis & mortuis.*
*Item:* Omnes, *id eſt, vos ſacerdotes Miſſarij:* Bibite, *id eſt,*
*Cœnam ſub utraq́ ſpecie accipite:* ex hoc, *id eſt,*
*Reliquis duntaxat alteram partem porrigite.*
Pau. *Papæ! quanta hæc audacia Papæ! quæ temeritas?*
Pap. *ah ſancte Petre, ſancte Paule, potius pro me intercedite:*
*Nam ego utriq́ veſtrûm templum & aras excitavi plurimas.*
CH. *Hypocritæ, quorſum ædificatis ſepulchra ſanctorum,* Matth. 23, 29. 31. Luc. 11, 47.
*Et monumenta ſanctorum ornatis? nam teſtimonio*
*Eſtis vobismetipſis, quòd eorum ſitis filij, qui ſanctos Dei*
*Homines occiderunt.* Pau. *Ego certè lætor, quòd iam Romæ non ſum vivus:*
*Nam quia ſcripſeram, hominem fide abſque operibus bonis iuſtificari,*
*Flamma illic exanimarer pro Hæretico.* Pe. *Et ego unà tecum.*

SCE-

## SCENA GERMANICA, CONDEMNATIONEM PAPAE & ASSECLARVM ejus præcedens, in qua virgo MARIA, mater Ieſu Chriſti, de injurijs à Papa & illius aſſeclis ſibi illatis, ſuo filio conqueritur, propter quas etiam in nequam ultionem petit: obiectationis gratiâ interpoſita.

Ach Lieber Sohn/auff dieſen tag
Bring ich dir für ein groſſe Klag/
Wie mich der Papſt vnd ſein Geſchwarm
So heßlich ſchend/daß Gott erbarm:
Beatrix ein Abtiſſin war/
Als die ein jungen Sohn gebar/
Vnd mit den München war hingloffen/
Hat mich allda groß vnglück troffen/
Daß ich im Cloſter zehen Jar
Mußt Clauſerin/ ſag ich fürwar/
Vnd zehen Jar Abtiſſin ſein/
Biß jene kam von München herein/
Vnd wider trat in jhr Abtey:
O Lieber Sohn/ſoll ich Hurerey
Vertretten/vnd ſolch Ampt verweſen/
Wie ſolches von mir wird geleſen?
In einem andern geſchrieben ſteht/
Nach dem ſich ein Nonn vergriffen hett/
Vnd ſchwanger worden/ ſey ich kommen/
Vnd hab jhr Kindlein von jhr genommen/
Vnd auch jhr Hebam̃ worden ſey/
Das ſchreiben ſie ohn alle ſchew.

Zwen

Zwen Biſchoff ſoll ich haben kußt/
O HERR/das iſt mir vnbewuſt:
Den ein auch zur Ehe habn genommen/
Das iſt mir in mein Hertz nie komen.
Zu Wormbs ſoll ich ein alten Pfaffen/
Eim groben Eſel vngeſchaffen/
Sein alte Hoſen geflicket han/
Darzu eim alten blinden Man/
Der auch ein Münch/in d' Augen ſein
Gemolcken han die Milche mein:
Darvon er gleich ſey ſehend worden/
Zu Lob vnd ehr der München Orden.
Soll auch ein Münch in ſeiner Kranckheit
Auß mein vollen Brüſten han geſeugt/
Vnd er davon worden ſey gſund:
O HERR/ wie iſts ſo gar ohn grund.
Sie ſchreiben auch/ ich hab mich glegt/
Zu einem Münch/vnder die Deck/
Vnd vnzucht mit jhm han getrieben/
Solch wird von mir vor gwiß geſchriben.
Auch hat der Bapſt/der ehrlich Man/
Solch Buch Canoniſirn lahn.
Ach lieber Sohn/auch lieber HERR:
Errette du mein Zucht vnd Ehr/
Den Heilgen ſchender/der mich zeucht/
Ich ſey ein Hur/vnd ſich nicht ſcheucht/
Straff lieber Sohn geb jhm den Lohn.

PAPA.

Für war daß muß ich alſo beſtohn/
O Jeſu Chriſt/ein wenig ſchon.

Ch. *Progenies viperarum, quomodo Gehennæ iudicium effugies?*

Pe. *Quomodo? per ignem purgatorium. Nunquid tu pontifex ita*

*Speras?* Pap. *Equidem.* Pe. *Certè tu verba Chriſti ita intelligis.*

Pap. *Quænã?* Pe. *Auſculta: ego dicã*: Eſto cōſentiens,

*Id eſt, ſatis fac pro peccatis tuis*, Adverſario *tuo, id eſt,*

*Domino DEO tuo*: dum es in via, *id eſt, dum adhuc vivis*:

Ne adverſarius tuus, *id eſt, ne Dominus Deus tuus,*

Tradat te judici, *id eſt, obijciat te Satanæ*, & judex, *id eſt,*

*Diabolus*, Tortoribus, *id eſt, ſocijs ſuis*: & mittaris

In carcerem, *id eſt, ille te abripiat in purgatorium.*

Et non egrediaris inde: *id eſt, & tu tamdiu illic excarnificeris,*

Donec perſolvas extremum quadrantem: *id eſt,*

*Donec pro peccatis omnibus, etiam minimis, ſatisfeceris:*

Ch. *Agè igitur, ſecundum hæc verba, feratur in eum ſententia.*

*Lorarij, cacodæmones, Satanæ, Diaboli, omnes adeſte ocyùs.*

Pap. *Væ mihi miſero!* Ch. *adeſte, inquam: & hunc impium* PIUM.

*Cum conſortibus in carcerem mittite, neq; inde dimittite,*

*Donec extremum mihi quadrautem perſolverit.*

Matt. 7. v. 22. Ho. *Domine, an non per nomen tuum prophetavimus,*

*Et per nomen tuum dæmonia eiecimus, & per nomẽ tuum*

*Multas virtutes præſtitimus?* Ch. *Nunquam novi vos.*

Ca. Atq; edimus corā te, & bibimus, & in plateis noſtris tu
Docuiſti. Ch. Dico vobis, neſcio unde ſitis: diſcedite,
Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Ho. hei mihi! Matt.7. v.23, 24.
Ca. Væ mihi! Pap. O execrandum diem, quòd home natus ſum! ô hominem
Maledictum, qui patri meo dixit, ei filium natum!
Ca. Maledicta Mater mea, quæ me filium peperit!
Ho. Maledictus ſit pater meus, qui me progenuit filium!
Pap. O montes, cadite ſuper nos! Ca. O colles operite nos!
Ch. Ite in ignem æternum, qui vobis à Diabolo præparatus eſt. Mat.25. v.42.

## ACTVS V. SCENA III.

CINGLIUS: CAROLSTADIUS: PETRUS: Chriſtus: Paulus.

BONO animo es Carolſtadi. Ca. Totus horreo, poſtquam ad hoc
Tribunal Chriſti cogor accedere, ut rationem reddam omnium
Factorum & dictorum, iuſto & ſevero huic iudici.
Ci. At ego bonam ſpem habeo, cum ille hactenus in forma hominis
Mihi nuſquam comparuerit, me non omninò malè ſenſiſſe de ipſo,
Et fore eum nobis propitium. Ch. Id experiêre magno cum (malo
Tuo. Ca. Itáne ſperas? Ci. Spero certiſſmè, & contra ſpem in ſpem erigor.

Ch. *Vocabo: Cingli adeſdum, & tu Carolſtadi unà.* Ci. *Adſumus Domine,*

Matth.7,21. *Vti volueras.* Ch. *non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine,*

*Intrabit in regnum meum.* Ci. *Scio.* Ch. *Cur tu igitur nunc me appellas Dominum?*

Ci. *Quia tu talis es.* Ch. *Ehodum bone vir, ſi ego ſum Dominus, quomodo*

Matth.22,43. 45. Pſal.110.1 *Sum filius Davidis? Aut ſi filius Davidis, quomodo ille me vocat*

*Dominum? quid muſſas?* Ci. *Ad tuam Deitatem, non ad humanitatem*

*Reſpexerat Davides: Filius enim illius es, quatenus homo, Dominus verò quatenus*

*Es Deus.* Ch. *Probè. ſed amabò, Cingli, cur tu furias huius Carolſtadij*

*Secutus, affirmaſti me non eſſe Dominum: ſed ſervum hominem?*

*Quia non ſim homo omnipotens, ubiq; præſens, omnium rerum conſcius?*

Ci. *Quia hæc cum omni ratione pugnant, aliquem dici verum hominem,*

*Et nihilominus eſſe omnipotentem: error hic Eutychis fuit,*

Iohan.20,29. *Qui à tota Eccleſia damnatus eſt.* Ch *Beati qui credunt: licet*

*Nõ videãt: Nam Eutyches longè aliter ſenſit, ac tu indicas:*

*Neq; enim tuas tu contumelias, quibus me affeciſti, illius*

*Errore palliabis: ille omnem humanitatem ſuſtulit.*

*Et humanam in me naturam prorſum abolitam, atque in Deum,*

*Neſcio*

Neſcio, qua metamorphoſi, tranſmutatam eſſe cenſuit.
At qui hominem Chriſtum dicit omnipotentē, & omnium
Locorum atq; rerum conſcium, naturam non deſtruit:
Sed tantùm perficit, aut perfectiorem à divina eſſe redditā
Statuit. λόγος enim humanitati ſuæ cōmunicavit omnia.
Hæc cùm tu Cingli & tu Carolſtadi non aſſequeremini
Rationis veſtræ iudicio: Neſtorij more me miſerrimè
Divulſiſtis: & inſuper teſtamentum meum confregiſtis,
Corpus & ſanguinem meum à pane & vino nequiter
Removiſtis. Quid meritos cenſes, Petre? Pe. Si pontifex,
Qui unā tantùm ſpeciem ademit, æternā crucem meruit,
Duplo maiori pœna dignus eſt Cinglius, qui utrāq; ſuſtulit,
Et nuda tantùm ſymbola in tua cœna reliquit. Ch. haud
erras, Petre.
Ci. At ſpiritualis eſt cibus in cœna, qui non ore capitur, ſed fide.
Ch. Quanā fide? cùm tu nō credas, tibi id dari, quod datur.
Ci. Quomodo fide capiam humanum corpus, aut quomodo comedam Deum?
Ch. Si terrena, quæ dixi, non creditis; quomodo, quæ dixerim, Ioan. 3, 12.
Cœleſtia crediturus fueras? Pa. Certè animalis homo 1. Cor. 2, 14.
Non intelligit, quæ ſunt ſpiritus Dei: ideo captivū oportet 2. Cor. 10, 5.
Ducere intellectum in obſequiū Chriſti, nō ſcrutari gloriam Prov. 25, 27.
Maieſtatis: nam qui eam ſcrutantur, ab eadem opprimi ſolent.
Pe. Nos certè tibi gratias agimus, Deus, quòd nobis parvulis Matth. 11, 25.
Ea revelaſti, & abſcondiſti ſapientibus huius ſeculi. Luc. 10, 21.
Nam tu es lapis ille vivus, ijs tantùm precioſus, qui tibi 1. Pet. 2, 6. 8.
Credunt. ijs verò, qui non credunt, lapis in quem impingitur.
Ci. At quomodo poteſt aliquis ſuam carnem alijs comedendum dare? Iohan. 6, 52.

Iohan. 6, 60. *Durus hic ſermo eſt, quis eum poteſt capere?* Ch. *Hoc te of-*
Ibid. 61, & 62. *fenderat:*
*Atqui tu ſciveras, quòd filius hominis aſcenderat eò, ubi pri-*
*us fuerat.* *(Dei,*
1. Pet. 3 ꝟ. 22. Pe. *Ego dixerã tibi, quòd hic Chriſtus, qui eſt ad dexteram*
*Profectus ſit in cœlum, ſubiectis ſibi angelis, poteſtatibus &*
*virtutibus.* *(derit, ut omnia*
Epheſ. 4, 10. Pau. *Et ego dixeram tibi, quòd hic Chriſtus in cœlũ aſcen-*
Coloſſ. 2, 3. *Impleret: ego dixeram, quòd in illo ſint omnes ſapientiæ*
*Theſauri reconditi: ego item te monueram, ut caveas tibi,*
Ibid. ꝟ. 4. & 8. *Ne quis probabilitate ſermonis tibi nequiter imponeret,*
Ibid. verſ. 9. *Ne quis te deprædaretur per Philoſophiã & inanẽ fallaciã,*
*Iuxta conſtitutionem hominum, iuxta elementa mundi,*
*& non*
*Iuxta Chriſtum: quoniam in illo habitat omnis plenitudo*
*Deitatis corporaliter.* Ci. *Quæ autem hæc eſt ubiquitas?*
Pau. *Stultas quæſtiones & inauditas reſpuere te iuſſeram:*
*Cùm ſcirem eas parare pugnas.* Ci. *Et tu Vbiqutiſta es, ut*
*video.*
Tit. 3, 9. Pau. *Prophanas vocum inanitates ut prætermitteres,*
1. Tim. 1, 4. *Monui te ſedulò.* Ch *Rectè Paule: ſed cur tu, Carolſtadi,*
& 1. Tim. 6, 4. *Has primas moviſti turbas? An ignorabas, quod dixeram,*
*Væ homini, per quem offendiculum venit: expedit ei,*
Mat. 18, 6. *Vt ſuſpendatur mola aſinaria à collo eius,*
Marc. 9. ꝟ. 42. *Et demergatur in profundum maris.* Pe. *Obmutuit.*
Lucæ 17, 2. Ch. *Vtiq; malè ſibi conſcius: nam vermis conſcientiæ*
*Arrodit animum illius. Sed tu Cingli, cur obſecro*
*De providentia ſcripſiſti, quòd ego ſim autor mali?*
*Iniquior in me, quàm Homerus in ſuum Iovem fuit?*
*Cur gentes in cœlum collocaſti incredulas?*

*Cum*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0102-5

*Cùm ſcires omnes, qui in me non credunt, damnationi obnoxios?* Marc. 16, 16.

Pe. *Et hic obmuteſcit.* CH. *Talenta tibi quinq; dederam, ut mihi* Matt. 25. v. 15. & ſeqq.

*Negotiareris, tu verò nõ modò nihil lucratus es, ſed inſuper*

*Damnum dediſti in Eccleſia renaſcente maximum.*

CI. *Domine, ego noveram, quòd tu durus eſſes, metens ubi non ſeris,*

*Et inde congregans, ubi non ſeminas: ac territus abij,*

*Abſcondiq; talentum tuum in terram: vide, habes quod tuum eſt:*

CAR. *Idem & ego feci: recipe à me, quod dederas.* CH. *ſerui nequam ac pigri,*

*An noveratis quòd metam, ubi nõ ſemino, & congregẽ, ubi*

*Non ſpargo?* CI. *Equidem* CH. *Oportuit ergò vos committere*

*Pecuniam menſarijs, & veniens recepiſſem utique quod*

*Meum eſt cum uſura. Heus cacodæmones, omnes Diaboli*

*Adeſte, & hos ſervos inutiles in tenebras exteriores*

*Eijcite: Illic erit fletus & ſtridor dentium.* CI. *Heu mihi!* Matt. 8, 12. 13. 42. 22. 13. 24. 51. 25. 30.

CA. *Væ mihi!*

CH. *Ite in ignem æternum, qui vobis & Diabolo præparatus eſt* Mat. 25. v. 41.

---

## ACTVS V. SCENA IIII.

FRANCISCUS: BRIGITTA: SUENCOFELDIUS: Melibœus: Chriſtus: Paulus: Petrus.

*Ego fretus ſum meis ieiunijs.* Br. *Et ego precum mille roſarijs.*

Su. *Et ego quater mille inſomnijs.* Mel. *Ego verò centum,*
*Quas ſtupravi, vxoribus.* Fr. *Vos omnes eſtis hæretici &*
*gehennæ obnoxij:*
*At ego & hæc ſoror mea, ſoli catholici ſumus,*
*Religioſi ſumus, & conſecrati ad cultum Dei homines.*
Su. *Imò ego verè ſum catholicus: vos autem hæretici,*
*Qui voſmet à reliquis ſegregaſtis hominibus,*
*Secuti vitæ genus peculiare & propriũ.* Me. *Imò omnibus*
*Ego ſolus pietate & fide anteeo: nam ſolus ego rectè ſum*
*Baptizatus: ſolus ego ſignum ſœderis huc mecum affero.*
Ch. *Adeſte hypocritæ, & iuſto iudici vos ad puteal huc ſi-*
*ſtite.*
Lucæ 18, 11. Fr. *Deus, gratias tibi ago, quòd non fui in vita, ſicut cæteri*
*homines, (mei:*
*Raptores, iniuſti, adulteri, hæretici: velut hi ſunt comites*
*Ieiunavi bis qualibet hebdomade, uxorem non duxi,*
*Caſtè in cœlibatu vixi, paupertatem vovi, regulam*
*Divi Franciſci obſervavi: omnia bona opera pro me & alijs*
*Feci, & legem tuam abundè explevi: itaque cœlum de iure*
*mihi*
*Debetur.* Br. *Idem & ego feci: horas canonicas quotidiè*
*Oravi: Pſalterium latinum cantillavi: matrem & patrem*
*Deſerui, viro non nupſi: omnia bona opera feci.*
Gal. 2. 21. Pa. *Nimirùm hi ſunt homines, quibus Chriſtus fruſtrà*
*eſt mortuus.*
Matt. 23. 14. Ch *Væ vobis hypocritæ, qui comeditis domos*
*Viduarum prætextu longarum precum & murmurum:*
*Nam propter hoc atrociùs & graviùs puniemini,*
Fr. *At nos omnia deſeruimus, & te ſecuti pauperes ſu-*
*mus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0104-6

Ch. *Excolaſtis culicem, & camelum deglutiviſtis, homines peſſimi.* Ib. verſ. 14.

Fr. *Viximus in paupertate & honeſtis exercitijs vitæ & (precum.*

Pe. *Imò laſcivijs, concupiſcentijs, vinolentijs,* 1. Pet. 4, 3.
*Comeſſationibus, compotationibus, & nefarijs*
*Simulacrorum cultibus. nam per avaritiam ſermonibus*
*Fictitijs, de hominibus negotiati eſtis: itaq; iudicium*
*Vobis iam non tardat, neq; dormitat veſtra perditio.*

Ch. *Petre, hi ſunt, quos ſimiles dixi ſepulchris ornatis tectorio,* Mat. 23, v. 27.
*Quæ foris apparent ſpecioſa, intus plena ſunt oſſibus*
*Et omni fœditate cadaverum. nam vos quidem*
*Foris apparetis alijs hominibus iuſti & ſanctuli,*
*Dilatantes phylacteria & veſtes cucullatas:*
*At intus veſter animus plenus eſt dolis & fraudibus.*
*State huc ad ſiniſtram, ut iudicis in vos audiatis ſententiã.* Ib. v. 5.

Mel. *Ego verò, mi Domine, propter nominis tui* Anabaptiſmus.
*Gloriam & honorem, dereliqui patrem, matrem, filium*
*Et filiam, & vxorem, & accepi crucem meam.*
*Et te ſecutus ſum, ſicut tu fieri iuſſeras,* Matt. 19
*Vxorem propriam non habui, ſed communes plurimas:*
*Bona quæ poſſedi, omnia contuli in uſum publicum:*
*Te ſolum agnovi principem et regẽ, cæteros neglexi omnes:*
*Nunquam iuravi, ieiunavi ſedulò, bis baptizatus ſum,*
*Semel malè & poſtmodum benè: deniq; (rum*
*Omnia bona opera perfectè feci, neq; poſt acceptum alte-*
*Baptiſmum, iterum peccavi: itaq; cœlum mihi militi*
*Emerito, qui bonam militavi militiam, deberi æſtimo.*

Warumb hat man den Schelmen nit im erſtẽ Bad erſeufft/ ſo wer er wolgeteufft.

Ch. *At ego non iuſſeram te temerè deſerere familiam,*
*Niſi cùm neceſſitas requireret, & confeſſio fidei*

*Ita poſceret: non iuſsi te bona conſerre in publicum:*
*Sed te de tuis bonis largiri inopi & pauperi.*
*Non iuſsi te rebellare magiſtratui, ſed morem gerere*
*Tuis optimatibus & principibus tanquam filijs altiſsimi.*
Matth.22,21. *Itaq; præcepi tibi, ut Cæſari dares, quæ ſunt Cæſaris, &*
Mar.12.℣.17. *Deo, quæ ſunt Dei.*
Luc.20,℣.25. Pau. *Et ego ſimiliter tibi præceperam, ut eſſes ſubditus*
Roma.13,1.2. *Poteſtatibus ſupereminentibus: quia illæ ordinatæ eſſent*
*à Deo:*
*Tu verò quia poteſtati reſtitiſti, etiam ordinationi Dei*
*Reſtitiſti, atq; ideò iudicium accipies.* Pe. *Ego item mandaveram,*
1.Pet.2.℣.13. & ſequentib. *Vt ſubditus eſſes cuivis humanæ creaturæ propter Deum,*
*Sive regi tanquam præcellenti, ſiue præſidibus, ut qui per eum*
*Mittuntur, ad vindictam quidem hominum nocentium,*
*Laudem verò rectè agentium. Quoniam ſic erat*
*Voluntas Domini, ut beneſaciendo obturetis os hominibus*
*Stultis & ignorantibus, tanquam liberati, & non velut*
*Prætextum habentes malitiæ libertatem, ſed tanquam ſervi Dei.*
*Qui potuiſſent te, ruſtice, ignavum pecus, meliùs*
*A libertate tua falſa deterrere, quã hoc modo?* Ch. *Agè homo perfide*
*Huc ſiſte te ad ſiniſtram: Nam hodiè docebo te. quid ſit*
*Baptiſmum repetere: & lavacrum regenerationis*
*Tot contumelijs afficere: quid item ſit, nihil proprium,*
*Imò ne uxorem quidem propriam habere, ſed omnia promiſcua.*

Me. *Ah mi Domine, ego propter te crucē & mortem perpeſſus ſum,*
*Carnifici datus crudeliſſimo.* Ch. *Petre, quid huic reſpondendum cenſes*
*Tam pervicaci martyri?* Pe. *Ego dicam: haud enim ille mihi videtur paſſus crucem*
*Vt Chriſtianus, ſed ut homicida, qui bellum movit ruſticū:*
*Sed ut fur, qui ſua bona liberis ſuis è faucibus*
*Eripuit & alijs tradidit: ſed ut facinoroſus, qui multa commiſit*
*Flagitia cum mulieribus obſcœnis: ſed ut curioſus alienarum rerum,*
*Qui miniſterium verbi arripuit, ad quod nemo ipſum vocaverat.*
Ch. *Concedo huc ilicò ad ſiniſtram, ut iudicis in te audias ſententiam:*
Su. *O Rex cœleſtis, Ieſu Chriſte, Deus Deorum maxime,* Svvenckfeldianiſmus.
*Tuum ego honorem ſolus defendi ſeculo hoc noviſſimo.*
*Solus monſtravi hominibus maieſtatem gloriæ*
*Tuæ, cùm alij te creaturam dicerent, alij loco*
*Circumſcriberent & cœleſti cuidam ergaſtulo*
*Includerent: in te ego ſolus mentis aciem per oculos*
*Fidei direxi, neq; ſonos humanæ vocis tibi prætuli:*
*Neq; in undis, neq; in pane & vino gratiam tuam*
*Quæſivi, ſed cœlitus expectavi à te, Domine,*
*Miſericordiam & gratiam & agnitionem tui*
*Ac veritatis: pro quo mihi præmium dari cupio*
*In cœleſti vita, cum omnibus electis & ſanctis tuis.*
Ch. *Quis tu novus homo es? qui me creaturam ſedundum humanitatem negas?*

*Qui Eccleſiæ miniſtros non audis, ſed negligis?*
*Qui Baptiſmi undam elevas? qui panem & vinum*
*In cœna pro rebus habes elementaribus & gratia carētibus:*
*Ego certè, iſthæc ut faceres aut crederes,*
*Non iuſſeram, ſed ut verbo Dei adhiberes fidem,*
*Quod te docet, me natum eſſe ex Maria virgine hominem:*
*Ego mandâram, ut Apoſtolos & eorum ſucceſſores*
Lucæ 10,16. *Audires, niſi meipſum ſpernere & contumelia*
*Afficere velles: ego Baptiſmi undā conſecravi, tu execraris;*
*Ego panem & vinum in cœna ordinavi ad remiſſionem*
*Peccatorum; tu hæc utraq; ſpoliaſti gratia,*
*Sed hæc eſt condemnatio, quòd lux venit in mundum,*
Ioan. 3,19. *Et dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem.*
2. Tim. 4, 24. Pa. *Dixin' hoc futurum, ut aliqui ſanam doctrinam non ſuſtineant;*
*Sed iuxta concupiſcentias ſuas*
*Doctores ſibi coacervent, quibus aures pruriunt,*
*Vt veritate abiecta ſe conferant ad fabulas?*
Pe. *Dixti. ſed heus tu ſomniator, Svencofeldi, & cœlici*
*Contemptor verbi Dei, non nos arte compoſitas ſecuti fabulas.*
2. Pet. 1. ꝟ. 16. & ſeqq. *Notam fecimus Domini virtutem: habemus firmiorem*
*Sermonem Propheticum: cui qui attendunt, ceu lucernæ*
*Apparenti in obſcuro loco, rectè faciunt:*
*Donec dies illuceſcat, & Lucifer exoriatur in cordibus.*
*Sed illud prius noveris, quòd omnis Prophetica*
*Scriptura privatæ interpretationis non ſit: non enim*
*Voluntate hominū allata eſt Prophetia, ſed ſpiritu ſancto*
*Afflati, locuti ſunt ſancti Dei homines. tu autem*
*Malo impulſus diaboli genio, ſomnia cerebri tui*

*Secu-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0108-8

*Secutus es, & privata interpretatione ſcripturam depra-*
*vaſti penitiſsimè:*
*Et neglecto ſermone Prophetico novas revelationes ſtul-*
*tiſsimè*
*Expectaſti.* Pau. *Ni fallor, hic ex eorũ grege eſt, de quibus*
*Ad Timotheum dixi, quòd in extremis diebus futuri ſint* 2. Tim. 3, 2.
*Homines ſui amantes, faſtuoſi, maledici, male-grati, ma-*
*le-morigeri, impij:*
*Qui ſubeant in familias, & captivas ducant mulierculas*
*Oneratas peccatis, quæ ducuntur concupiſcentijs varijs,* Ibid. 6. 7.
*Semper diſcentes, neque vnquam ad cognitionem veritatis*
*pervenire valentes.*
Su. *Ah mi Paule, ne quid nimis, quaſi tu me non ita docue-*
*ris credere,*
*Vt credidi.* Pau. *Ego ne?* Su. *tute ergo.* Pau. *dic quo pacto?*
Su. *quia* *(mundi* Coloſſ. 2, 20.
*Tu ſcribis alicubi, nos cum Chriſto mortuos ab elementis* Coloſſ. 3, 1.
*Et cum eodem reſurrexiſſe: itaq; præcipis ſuperna quærere,*
*Vbi Chriſtus ad dexterã Dei ſedeat: ſuperna, non terreſtria*
*Curare. quorſum igitur opus aqua, pane & vino terreſtri-*
*bus?*
Pau. *Erras, & teipſum privata interpretatione decipis:*
*Nam quæ ſequuntur, animi mei declarant ſententiam,*
*Quapropter ego non elementa à Deo ordinata ad uſum*
*gratiæ*
*In ſacramentis damno, ſed membra terreſtria*
*Et vitijs, ceu ſtupro, immundiciei, mollitiei, & malis*
*Cupiditatibus obnoxia.* Gh. *Svencofeldi, huc ad ſiniſtram*
*Concede. Vos cacædemones & infernales diaboli,*
*Hos quatuor homines ſomniatores lymphaticos,*

*Eiuſdem prorſus farinæ in negotio fidei conſortes,*
*Abripite & in Tartarum præcipitate.* Su. *Heu mihi!* Fr. *Væ mihi!*
Me. *Heu mihi!* Br. *Væ væ mihi!* Ch. *Cacodæmones, quid ſtatis: abripite:*
Matth. 15,14. *Ite in ignem æternum, qui vobis & Diabolo præparatus eſt.*

---

## ACTVS V. SCENA V.

SATANAS: MENALCAS: CHRISTUS: Petrus: Paulus.

MEus *tu es.* Me. *Manum abſtine.* Sa. *Haudquaquam.* Me. *Malè pereas.*
Sa. *Imò ego pereo, ſed tu unà mecũ.* Me. *Præſtigijs me tuis*
*Ludificaſti, ſcelus, & in fraudẽ adduxiſti tuis ſycophantijs.*
Sa. *Mei hoc erat officij: ſed cur tu ita ſtolidus, qui crederes mihi?*
Me. *Heus me miſerum! quid dicã, aut quomodo me purgẽ?*
Ch. *Menalca, adeſdum.* Me *O Domine, ego fui agricola,*
*Homo illiteratus, & ruri deditus, quem peſſimus hic Satan*
*Monachi habitu miſerè circumvenit: ſis propitius*
*Mihi: & veniam concede ignorantiæ.* Ch. *Si ipſemet ego*
*Non veniſſem in mundum & locutus fuiſſem, utiq;*
Ioan. 15, v. 22. *Peccatum non haberes: nunc autem quia veni ipſemet,*
*Et Apoſtolos tibi dedi meos, nihil potes prætexere.*
Me. *Ah Domine, in tanta religionum varietate neſciebã,*
Ioan. 16, 13. *Quid aut quem ſequerer.* Chri. *Nunquam tu ſpiritum meum*
*Tibi dari cœlitus petiviſti, qui in veritatem te duceret:*

*Sed*

*Sed neglectis precibus, alias res egiſti.* Me. *Ah Domine, ego non eram*
*Intelligens, ſed homo rudis.* CH. *Potuiſti alia intelligere,* Matth. 6, 6, 9.
*Et non potuiſti diſcere viam, quæ ducat ad cœlum:* Lucæ 11. ℣. 2.
*Docui te orare Patrem noſtrum: tu ſanctos invocaſti:*
*Iuſsi te adire cœnam Domini, tu Miſſam adiiſti?* Pe. *Domine, hic homo*
*Ille eſt agricola, qui ad cœnam vocanti ſe tuam comparere noluit,*
*Quia ſcilicet quinq; iuga boum emerat:*
*Nunc te rogat, ut ſe habeas excuſatum,* CH. *At ego dico illi, quòd cœnam* Luc. 14. ℣. 19. Lucæ. 14, 24.
*Meam non ſit guſtaturus, cùm nuptiali veſte careat.* Mattk. 22, 11. 12.
*Cacodæmones, Diaboli adeſte.* Sa. *nunquid prædixeram*
*Te fore meum?* CH. *Ligatis pedibus & manibus ipſius* Matth. 22. ℣ſ. 13, & 25. ℣. 30.
*Mittite eum in tenebras exteriores, ubi erit fletus*
*Et ſtridor dentium.* Sa. *Age huc mecum.* Me. *Væ mihi!*
*Væ væ mihi?* (*eſt.* Matth. 25, 41.
CH. *Abi in ignem æternum, qui tibi et Diabolo præparatus*
*Tu Petre limen hoc cœli obſide, neq; quenquam hominum*
*Intromiſeris, priuſquam ego huc rediero.* Pe. *fiet ſedulò,*
CH. *Lutherum & Brentium hîc operiri me iuſſeris,*
*Dum mox revertar.* Pe. *curabitur.* CH. *ubi me expediavero,*
*Unà mecum ad patrem introducam.* Pe. *Sat habeo.*
CH. *Ego hinc eo in vallem Ioſaphat, ut congregem* Ioël. 3. ℣. 2.
*Omnes gentes, & diſceptem cum eis, & iudicem*
*In circuitu: nam iuxta eſt dies Domini*
*In valle conciſionis: ut ab ovibus hircos ſeiungam, & unicuiq;* Matt. 25, ℣. 33.

*Mercedem*

Matth. 16,27. *Mercedem reddam debitam, ſecundum opera illius, atque*
Rom. 2,6. *omnes impios*
*Redarguam de operibus iniquitatis, quibus egerunt impiè,*
Lucœ 8. 15. *Et de omnibus dictis, quæ locuti ſunt impij contra Deum.*
*Tu Paule, ſequere me.* Pau. *I præ, Domine, ſequar.*

PAVLVS.

*Ne quis Poëtam accuſet, quòd ex Comœdia fecerit*
*Tragœdiam, hoc ſcire vos velim: bonis & pijs*
*Hunc exitum eſſe comicum: nam læti ipſi domum*
*Cœleſtem intrabunt, ut ſempiternis cum Chriſto gaudijs*
*Fruantur: & vos, ſi Chriſto ſoli volueritis credere,*
*Et in ipſum ſpes collocare veſtras, & mutuam*
*Erga vos invicem exercere charitatem, & malè*
*Factis, odijs, rixis, ſimultatibus, invidentia*
*Poſthac abſtinere: deniq; huic Comœdiæ plauſum dare Comicum:*
*Tùm Chriſtus vos omnes, cum electis omnibus, in paradiſum promittit ducere.*

FINIS COMOEDIAE.

SEQVVNTVR NVNC DVO CHORI GERMANICI & GENERALES: quorum prioris Chriſtus, poſterioris Satanas duces erant: canebantur alternis vicibus poſt huius Comœdiæ finem.

CHORVS

# CHORVS I.

## CHRISTUS CUM SUIS.

ERhalt vns HERR bey deinem Wort/
Vnd ſteuwr deß Bapſts vnd Türcken mordt/
Die Jeſum Chriſtum deinen Sohn
Wöllen ſtürtzen von ſeinem Thron.
Beweiß dein Macht HERR Jeſu Chriſt/
Der du HERR aller Herren biſt/
Beſchirm dein arme Chriſtenheit/
Daß ſie dich lob in ewigkeit.
O heilger Geiſt du Tröſter werth/
Gib deim Volck einrley Sinn auff Erd/
Steh bey vns in der letſten Noht/
Gleit vns ins Leben auß dem Todt.
O Gott laß dir befohlen ſein
Vnſer Kirchen/die Kinder dein/
Jnn warem Glauben ſie erhalt/
Vnd rett ſie auß deß Teuffes gwalt.
Jhr anſchleg HERR zu nichten mach/
Laß ſie treffen die böſe ſach/
Vnd ſtürtz ſie in die Grubn hinein/
Die ſie machen den Chriſten dein.
So werden ſie erkennen doch/
Daß du vnſer Gott lebeſt noch/
Vnd hilffſt gewaltig deiner Schar/
Die ſich auff dich verlaſſen gar.
Als dann werden die Kinder dein/
Bey ſich ſelbſt/vnd auch in gemein/
Die heilige Dreyfaltigkeit
Loben hie vnd in ewigkeit.

O Gottes Lamb HERR Jeſu Chriſt/
Der du vor vns geſtorben biſt/
Wir bitten dich ſehr fleiſſiglich/
Gib vns dein friden ſtettiglich.
O milter Gott/ Heiliger Geiſt/
Dein Gnad allzeit vns reichlich leiſt/
Tröſt vnſer Schwach vnd blöd Gemüth/
Durch dein groß vberſchwencklich Güt.
O Heilige Dreyfaltigkeit/
Vnd Ewige Allmechtigkeit/
Wir bitten dich gantz inniglich/
Erhör vns allzeit gnädiglich/ AMEN.

---

## CNORVS II.

### SATANAS CUM SUIS.

ERhalt die Römiſch Kirch O Gott/
Vnd wehr deß Luthers hohn vnd Spott/
Der Papam PIUM meinen Sohn
Begert zu ſtürtzen von ſeim thron/
Beweiß dein Macht du reine Mäyd
Maria bhüt mir Rom für Leyd/
Beſchirm dein gantze Chriſtenheit/
Daß ſie dich lob in ewigkeit.
O Heilger Bapſt/ du Tröſter werth/
Gib deim Volck groſſes gut auff Erd/
Stehe bey vns in Armutey/
Vnd mach vns vnſer ſchulden frey.
O Bapſt laß dir befolhen ſein
Vnſer Kirchen/ die Kinder dein/



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0114-1

Im alten Glauben ſie erhalt/
Vnd rett ſie auß des Luthers gwalt.
Die heilig Schrifft zu nichten mach/
Dann ſie verderbt ſonſt vnſer ſach/
Vnd ſtürtz die Ketzer in die Hell/
Der Luther ſey des Teufels gſell.
So werden ſie erkennen doch/
Daß Papſt vnſer Gott lebet noch/
Vnd hilfft gewaltig ſeiner ſchar/
Die ſich auff jhn verlaſſen gar.
Alsdann werden die Kinder dein/
Bey ſich ſelbs vnd auch in gemein/
Die Römiſch Helliſch Chriſtenheit/
Dich loben hie in Ewigkeit.
O Mutter Gotts/du Himmels Cron/
Die du biſt vnſer gnadenthron/
Wir bitten dich sehr fleiſſiglich/
Gib vns den Friden ſtetiglich/
O milte Mutter/heilge Mäyd/
Erlöſe vns von allem Läyd/
Wehr aller newer Ketzerey/
Vnd ſteh der Römſchen Kirchen bey.
O heiliges gantz Himmelsheer/
Dem Luther vnd dem Brentzen wehr/
Wir bitten dich gantz inniglich/
Erhör vns allzeit gnediglich/
AMEN.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0115-7

EPILOGVS TOTIVS COMOEDIAE, NONNVLLORVM ILLITERATORVM Illius calumniatorum hæreticorum gratiâ, ab autore ipſo compoſitus, & poſt finem Comœdiæ recitatus.

EIn Sprichwort iſt/ vnd nicht vnwahr/
Das hat gewehrt viel hundert jahr/
Wann einr an ein Straß bawen wil/
Hat er der Widerſacher viel/
Alſo hat es auch ein geſtalt
Mit dieſem Spiel/ bey Jung vnd Alt/
Viel werden ſeyn/ dies loben werdn/
Nit wenig/ die es ſchelten gern:
Drumb iſt mir hie befohlen worden
Von der Studenten gantzen Orden/
So dieſes Spiel haben gedicht/
Vnd auff dem Plan ſo zugericht/
Jch ſoll auff etlich Eynred geben
Ein Antwort hie/ ſo merckt mich eben:
Vnd leſen dieſen Zettel ab/
Jch bitt/ habt kein verdruß darab/
Viel werden vns allhie anklagen/
Vnd von vns vnverholen ſagen/
Als ſolten wir verdammen die/
So von dem Bapſthumb glegen je:
Diß aber nit die Meinung iſt/
Dann wir allein zu dieſer friſt

Die lehr verſtehn/vnd was ſie treiben/
Vnd auff der Menſchenſatzung bleiben:
Chriſtum verfolgn: Jhm ſeine Glider
Vnd ſein Wort hie ſo ſchenden wider:
Die Luthriſch Lehr/als Ketzerey/
Vnd all jhr Nachhänger ohn ſchew/
Dem Teufel in der Höll ergeben/
Wie zu Trient geſchehn/merck eben.
Was aber die anlangen thut/
So noch ſeyn vnter des Bapſts hut/
Vnd leben vnder ſeiner gwalt/
Hat es mit jhn ein ander gſtalt/
Weil ſie von hertzen wünſchen hie/
Daß ſie darunder kommen nie/
Sonderlich aber vnſre Vätter/
Gut fromme Chriſten vnd Wolthäter/
So beſſers nie han können wiſſen/
Vnd doch zum Gottsdienſt warn gefliſſen/
In dieſer Gfängnuß Babylon/
Vnder der Babylonſchen Cron/
Gott vnſer HErr erhalten hat/
Gleich wie in ſeim Wort gſchriben ſtaht:
Daß allweg ſiben tauſent Mañ/
Jhr Knie vorm Baal nie beuget han.
Vnd wie Gott Daniels geſelln
Im fewrign Ofn erhalten wölln
Alſo hat er auch vnſre Vätter/
Als fromme Chriſten vnd Gutthäter/
Vnder des Bapſthumbs Tyranney
Erhalten zu dem Leben frey/

Daß ſie mit Babylon nit gfallen
In der Hellen Pful/ ſondern mit ſchallen/
Zu Gott dem HERRN jr Gbet gethan
Der hat ſie gwißlich nicht verlahn/
Vnd hettens vnſer zeit erlebt/
Dem Papſt hetten ſie widerſtrebt/
Darumb ſo ſolt jr gwißlich halten
Von vnſern lieben frommen Alten/
Daß ſie bey Gott im Himmels Thron
Erlangt der Ewgen frewden Kron.
Das aber etlich grobe Gſellen
Sich mit jhn hie beſchönen wöllen/
Als hetten ſie an Papſt geglaubt/
Vnd wern nicht deß Himmels beraubt/
Drumb ſolt deß Papſts grewliche Lehr
Bey allen Menſchen haben Ehr/
Jrren ſich ſelbſt die blinden Leut/
Vnd gedencken nit an die zeit/
Darvon vns Chriſtus vnuerzagt
Vnd ſein Apoſtel weiß geſagt/
Daß vor dem Jüngſten Tag das Wort
Des HERREN ſoll an alle ort
So klärlich kommen an das Liecht/
Daß/ welcher jetzt ſolchs ſihet nicht/
Der ſey fürwar mutwillig blind/
Nicht Gottes/ ſondern der Welt Kind/
Die jhn helt in den harten Banden/
Vnd leßt jn nicht auß jren handen.
Der Papſt der iſt der Antichriſt/
Wie in dem Spil bewiſen iſt.

Sein Lehr vnd Ius Canonicum/
Iſt Teuffels Lehr in einer sum̃.
Drumb wiltu nicht des Teuffels werden/
So flih jhn hie auff diſer Erden/
Dann Gott die Warheit offenbart
In dieſen zeitn/wie mans erfahrt/
Er wirdt dich nit ſo wunderlich
Erhalten/ das vergwiß ich dich/
Wie deine liebe Eltern waren
Erhalten vor viel hundert Jaren.
Nimb darauß ein Exempel ab/
Was ich dir kurtz erzehlet hab:
Als Chriſtus kam auff dieſe Welt/
Der Oberſt Prieſter ſich nicht gſelt
Zu Chriſto/ vnd ſein Jüngern gut/
Die gantz Catholiſch Kirch mit mut/
Hat ſich jm widerſetzt mit gwalt/
Sie ſchrien all/beid Jung vnd Alt/
Wir wollen bey den Vättern bleiben/
Er thut ein newe Lehr aufftreiben/
Wo Abraham vnd Iſaac iſt/
Da kommen wir auch zu der friſt/
Ja wie ein Kuh in ein Meußloch:
Den Chriſtum ſie han kreutzigt doch
Als ein Ertzketzer vud Ertzbuben/
Biß an den Galgen jhn erhuben.
Solchs gſchicht bey vns jetzunder auch/
Dann der Papſt bhelt den alten brauch.
Was Einglium vnd Carolſtat
Anlangen thut/die Meinung hat/

Das zehend Schaf hie nit verſteht/
Was vndern Wölffen vmbher geht/
Dann wir die Schaf hie nit verdam̃en/
Allein die Wölff/ſo vnverſchamen
Chriſto ſein Majeſtet hie nemen/
Vnd ſich vor Gott ſo gar nit ſchämen/
Daß auch das heilig Sacrament
Durch jhre Bůcher wird geſchändt/
Wie klärlich hie iſt anzeigt worden
Von den Perſonen/in den Orden.
Drumb welcher nit wils Teufels ſeyn/
Der folge Chriſti Lehre fein/
Vnd laß den Papſt vnd all ſein Lehr/
Geb Gott dem HERRN allein die Ehr:
Er laß den Zwingel vnd Schwenckfeld/
Die Seelenmörder in der Welt/
Vnd folg dem frommen Bawren nach/
Der ſpotts Teufels mit ſeiner ſprach.
Růff nit die lieben Heilgen an/
Wie dann der ander blinde Mañ/
Dann Gott jhm ſolchs befohlen nit/
Derhalben du zu deim Gott trit/
Vnd ruff jhn an/geh nit zur Meſſz/
Damit er nicht ſein ſelbs vergeß/
Zum Nachtmal er ſich fein verfůg/
Vnd ſey an Gottes Wort vernůgt.
Such nicht ein Opffer fůr die Sůnd/
Wie der Papſt lehrt/deß verderbens Kind.
Er ſag auch nicht/daß Brot vnd Wein
Allein da bloſſe Zeichen ſeyn/

Wie Cinglius ſolchs lehren thut:
Der Bawr hat viel ein beſſern mut.
Er ſuch auch nicht von Gott dem HERRN
Viel Offenbarung/mit finſtern Stern/
Wie Schwenckfeld thut/der ehrlich Mañ/
Der Gottes Wort auff dieſer Bahn
Verwirfft/vnd alle Sacrament
Mit ſeinem ſchreiben ſchmecht vnd ſchend/
Vnd wers mit jhm im Glaůben helt/
Vnd nit von ſeiner Lehr abfellt/
Den halten die Studenten all/
Daß er in Abgrund der Hellen fall.
Letſtlich ſo werden ſich Leut finden/
Die ſich herein nicht ſchicken kônden
Vnd werden ſagen: Soll man dann
Geiſtliche ſachen auff die bahn
Fůrbringen in eim Spiegelfecht/
Durch ein Comedi alſo ſchlecht/
Als wann die Gottesdiener gut
Verlohren hetten all jhrn mut/
Die Warheit nicht mehr kônden lehren/
Vnd můſt man die Poeten hôren/
Vnd junge Leut/den nicht zuviel
Zur Faßnacht ſeyn ein Affenſpiel?
Los Meiſter Klůgle/laß dir ſagen/
Es iſt nichts news in dieſen tagen/
Daß man Spielweiß Geiſtliche ſachen
Fůrbringen thut/vnd offt mit lachen
Der argen Welt muß zeigen an
Wie ſie ſich muß bethôren lahn

Vom Teuffel vnd ſeinr gantzen Rott/
Vnd werdn mit jm zu ſchand vñ ſpott.
Chriſtus hat ſelbs Parabel weiß/
Vnd gleich ein Comedi mit fleiß
Der Welt fürgmalt jhr weiß vnd gberdt/
Vnd wie ſie kom̃ in Seelen gferdt/
Als mit dem Reichen kargen Mann/
Vom̃ Lazaro mit lobeſan
Vmb ein tropff Waſſers rüffen an:
Darmit er vns gibt zuverſtahn/
Daß wir ein ander ſollen lehren/
In ſchimpff vñ ernſt/ in Gottes ehren.
Ich will dir nit viel ſagen hie/
Wie Geiſtlich ſein die Comedi/
Nemlich Suſanna vnd Judith/
Tobias/ Lehren gute Sitt/
So in der Bibel werden g'leſen.
Daß lauter gdicht Spil ſeind geweſen.
Darumb es gar nicht vnrecht iſt/
Ein Geiſtlich Spiel ſo zu gericht/
Vnd nimpt des Kirchendieners Ampt
Gar nichs/ darumb euch alle ſampt
Will ich hiemit gebetten han/
Jr wöllets all zum beſtn verſtahn/
Hiemit gehe ich jetzt widr daruan.

E N D E.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0124-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0125-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0126-8

Cl 2407a
(X2203557)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0127-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0128-9

CO
POST
SACRA:
ET HÆR
renaſc
n

NICODE
*Oratore e*
*clariſ*

CV

*Vna fides*
*Ergo*
*Nempe*
*Num*

IMPRE
TANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-106861-p0129-8